



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.


Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>







E.C. 2.

1857.

Hind bok part.
L 3. E. 17.

Afgr. literar.

40


J.R. 1857. 46

BIBLIOTHECA
JURIS IMPERANTIIUM
QUADRIPARTITA
SIVE
COMMENTATIO
DE
SCRIPTORIBUS
JURIUM

QUIBUS SUMMI IMPERANTES
UTUNTUR
NATURÆ ET GENTIUM
PUBLICI UNIVERSALIS
ET
PRINCIPUM PRIVATI.



NORIBERGA
APUD PETR. CONR. MONATH.
Anno M DCC XXVII.



Digitized by Google



LECTORI BENEVOLO.

S. D. P.
AUCTOR.

Sisto Tibi Notitiam Auctorum , qui utiliter suam nobis navarunt operam in exponendis juribus Regum , Principum , cunctorumque Summorum Imperantium , quorum vel sola nomina sancta & venerabilia vetus jubet , ac inde a publicarum rerum primordiis ducta opinio . Et sane , quo magis eorum , quos penes summa rerum in Republica existit , conditionem præ reliquorum mortaliū sorte videmus evectam , quoque majorem utilitatem a solida iurium , Principibus personis

LECTORI BENEVOLO.

nis competentium ; cognitione , justoque eorum usu non ad singulos modo privatosque , sed integras omnino Societates , Civitates , imo ad Regna amplissima , Orbemque universum redundare quotidie animadvertis , eo dignius certe & utilius illud censendum erit studii genus , quod in exacta & curatiori jurium Illustrium , præsertim eorum , quæ Majestatica vulgo audiunt , evoluzione occupatur totum . Huic tamen si rite incumbere velimus , neutiquam libellorum Politicorum rivuli erunt consequandi , nec Legulejorum sputa lambenda , nec omne omnino præsidium in Compendiis , quæ vocantur ; Juris Publici vel Germanici , vel alias cuiusvis Regni collocandum . Ipsi potius , qui ex instituto , quod ajunt , & peculiari opéra Imperantium jura excusserunt , Auctores sunt consulendi . Hi illi sunt fontes , quos adeundos censemus , quoque hac nostra Commentatione Tibi communstrandos & apriendos duximus . Neque est , quod dicas , vix tantum esse eorum , qui Imperantium jura consignarunt numerum , ut peculiari labore eosdem recensere operæ pretium videri possit .

Falle-

Falleris enim , si ex priscis temporibus rem metiris. Iisdem , ingenue fateor , horum iurium paucissimi , iisque singulares tantum , ac specialiorum quorundam capitum v. c. de iuribus Legatorum , Sacrorum &c. reperiuntur Commentatores. At recte si rationes subducere velis , recentiorum potius temporum ratio erit habenda. Ea siquidem seculi nostri est felicitas , ut majorum nostrorum , dummodo a Superis eos revocare liceret , desideriis non satisfaceret modo , sed & expectationem eorum superaret forsan. Mente vix concipi potest tanta vel unius , proxime elapsi , seculi fœcunditas , quæ tot præclaros nobis produxit Viros , qui gravissimas juris illustris controversias , per aliquot annorum millia in dubio quasi positas , naturali suæ restituerunt certitudini , nodosque difficillimos , quos nec gladii acies quandoque rumpere potuit , solo ingenii judiciique acumine solverunt , allatis nimurum clarissimis , evidentissimis , atque ex ipsa nobis connata ratione petitis argumen- tis. Tam præclaræ exoptatæque ætatis initium haud immerito ab Hugonis Grotii temporibus

LECTORI BENEVOLO.

repetitur , qui centesimo abhinc anno suos de Jure Belli & Pacis Commentarios cum orbe communicans , apud optimos quosque hujus studii desiderium excitavit , eosdemque ad majora indies incrementa adjicienda suo stimulavit exemplo. Cujus quidem rei memoria secularis vix ulla re melius celebrari posse videtur , quam dulci atque jucunda Auctorum illorum recordatione , qui hujus generis argumenta , si non pari , quo Grotius studio & felicitate , pro viribus tamen susceperunt illustranda. Atque hunc laborem eo gratiorem Lectori magisque acceptum fore speramus , quo difficiliorem eundem sumus experti , atque hucdum a nemine , quod sciamus , occupatum. Nihil prorsus in hoc scriptionis genere exaratum ad nostram pervenit notitiam , si ab iis discesseris , quæ huc spectantia in Struvii Bibliotheca Juris passim dispersa reperiuntur. Utinam Celeberrimo Viro fuisse propositum , singulos jurium Illustrium Commentatores seorsim , curatiusque recensere , & justum in ordinem redigere , tunc enim nulli dubitamus , quin compariturn fuerit opus limatum magis atque politum. Cum vero uni-

LECTORI BENEVOLO.

universi Juris Bibliothecam breviter saltem stri-
ctimque adornare voluerit , non potuit non fie-
ri , quin plurima omitterentur plane , alia tan-
gerentur levius , alia confuse ac sine justo or-
dine ponerentur . alia denique , ut fieri solet ,
prorsus falsa atque erronea immiscerentur.
Quibus nævis ut quodammodo obviam iretur ,
majorique apparatu Bibliotheca Juris Imperan-
tium adornaretur , præsenti nostra tractatione
sedulo allaboravimus , quo quidem successu ,
Tuum , L. B. erit judicare.

Meminisse Te oportet , nihil perfectum , omni-
busque numeris absolutum in tam difficulti , la-
borisque pleno scripturæ genere expectari posse ,
præsertim ubi opus aliis intactum aggredien-
dum , & via , nemini antea trita , de novo
quasi sternenda . Suffecerit itaque , primas du-
xisse lineas , opusque , quod , ut absolveretur pe-
nitus , per ipsius argumenti dignitatem , rerum
que monendarum multitudinem sperari non
potuit , inchoatum saltem , aliisque , si ipsis ita
visum fuerit , perficiendum reliquisse .

Scri-

LECTORI BENEVOLO.

Scribendi ratione usi sumus plana ac simpli-
ci , spretisque verborum phaleris , solam sc̄atā
sumus perspicuitatem. Omnem tractationem
in varias dispescere particulas , earumque con-
tentā brevissimis indicare positionibus , vel ideo
placuit , quod , hac adhibita methodo , totius
Operis nexus & concatenata series eo facilius
perspici , lectio autem vix tædiosa Lectori eva-
dere poterit. In recensendis Auctōribus majo-
ris momenti prolixiores fuimus , eorumque ad-
jecimus patriam , nomina , dignitates , yitæ ge-
nus , Eruditorum de iis judicia , aliaque cu-
riosā , quæ alibi collecta frustra quæsiveris.
Deos contra minorum gentium vel nominasse
contenti , sine laudis elogio dimisimus , ut inde
conjicere liceat , nos nulos quidem jurium Illi-
lustrium Explanatores studio omisiſſe , nec ta-
men in enumerandis iisdem , sine omni omni-
no dele&tu fuisse versatos. Sin forsan unum
alterumve Auctorem omiserimus , veniam a
Lectoris benevolentia eo facilius nos fore im-
petratos , confidimus , quo minus humana
conditio , unum omnia scire , permittit. Sæ-
pius tamen pari ubique apparatu Scriptores
comme-

LECTORI BENEVOLO.

commemorare , corundem vetuit. defectus.
Non enim omnia juris illustris argumenta & que
multos ac bonos nacta sunt Commentatores.
Hæc eadem causa nos impulit , ut , sicuti ge-
neraliores jureum Mæjesticorum vel illustrium
Explanatores deficerent , in subsidium voca-
mus illos , qui controversias illustres in hypo-
thesi consideratas , & pro ratione circumstan-
tiarum in variis singularibus casibus obvenien-
tium , excusserunt. Sic v. c. quæ Cap. II. Pos. XI. §. 14.
de Postis & Cap. III. Pos. III. §. 14. & 15. de Legatis
Statuum Imperii Germanici in medium adduxi-
mus , ^{atque} & speciatim ad Germaniæ Jus Publi-
cum pertinere videri poterunt , placuit tamen ,
propter materiarum affinitatem eadem subjun-
gere locis , ubi de Postarum & Legatorum jure
in genere agebatur. In censendis & refutandis
aliorum laboribus parciores fuimus. Ubi vero
quosdam sub censuram vocare , erroresque de-
tegere , res postulabat , qua par est modestia
usi , nihilque partium studiis tribuentes , soli
veritati litavimus , nec quicquam ullius digni-
tati cupimus detractum. In eo enim versamur
scribendi genere , ubi errare , atque humani
)()(quid

LECTORI BENEVOLO.

quid pati, facillimum, cujus si quis imbecilitatis admonetur, eo minus id ægre feret, quo gratiori agnoscam pectora, si vicem mihi referre, meosque indicare lapsus voluerit, Hominem me esse, neque erroris expertem, sponte agnosco, nec refragabor, si resecare & abjicere volueris ea, quæ in hoc qualicunque nostro Opusculo Tibi displicuerint. Sin bona quoque, Tibique arrisura in eodem reperi-
ris, fruere iisdem, & meliora in
posterum expecta.



Serics



Series Capitum , Positionum & Paragraphorum.

CAPUT. I.

De Scriptoribus Juris Naturæ gene- ralioribus.

Pos. I. Est præfatio de Instituti ratione §. 1. 2. Historiæ & Bibliothecarum Juriſ Naturæ Scriptoribus §. 3. 4. de Juris Nat. existentia §. 5. principio & certitudine §. 6. desideratis §. 7. Systemate §. 8. Mevii §. 9. Grœningii §. 10. Thomasii §. 11.

Pos. II. Agit de GROTI Vita §. 1. Scriptis §. 2. Opere de Jure Belli & Pacis §. 3. adduntur de eo iudicia §. 4. ejusque Editiones §. 5. Versiones §. 6. Commentatores §. 7.

Pos. III. De COMMENTATORIBUS GROTI, Feldeno §. 1. Graswinckel §. 2. Bosclero §. 3. Zieglero §. 4. Hennige §. 5. Osiandro §. 6. Velthemo §. 7. Simone §. 8. Wæchtlero §. 9. Becmanno §. 10. Spinæo §. 11. Tesmaro & Ohrechto §. 12. van der Muelen §. 13. Lentulo §. 14. Kulpisio §. 15. Bœhmero, Jægero, Arndio §. 16. aliisque §. 17. & dissertationibus in Grotium §. 18.

Pos. IV. Exhibit EPITOMATORES GROTI, speciatimque Tabulas in Grotium §. 1. Schefferum §. 2. Klepckium §. 3. Suicerum §. 4. Simonem §. 5. Vitriarium §. 6. Hedingerum §. 7. Guil. Grotium §. 8.

Series Capitum, Positionum

Pos. V. De PUFFENDORFII Vita §. 1. Elementis §. 2. Operre majori §. 3. Adversariis, speciatimque Schwarzio §. 4. Becmanno §. 5. Gesenio §. 6. Velthemio §. 7. Scherzero §. 8. Alberto §. 9. Zentgravio §. 10. Strimesio §. 11. Wildschyssio §. 12. aliisque §. 13. & 14. Adduntur reliqua Puffendorfii scripta, scil. de officio hominis & Civis §. 15. Jure faciali divino §. 16. aliaque §. 17.

Pos. VI. De THOMASII Vita §. 1. Scriptis Juris Nat. §. 2. Moralibus & Politicis §. 3. Juris Publici §. 4. Ecclesiastici & Feudalis §. 5. Civilis §. 6. Miscellaneis §. 7. de Thomasii Notis & Præfationibus ad aliorum scripta §. 8. Adversariis §. 9.

Pos. VII. De SELDENO §. 1. Hobbesio ejusque Vita §. 2. Scriptis §. 3. Adversariis, Anglis §. 4. Batavis §. 5. Germanis §. 6. Aseclis & defensoribus §. 7. sequuntur scripta Hobelli reliqua §. 8. de eoquę judicia §. 9.

Pos. VIII. De PROMISCUIS Juris Nat. Scriptoribus, ordine Alphabetico recensitis §. 1. & dissertationibus de Jure Nat. §. 2.

CAPUT II.

De Scriptoribus Jurispublici Universali-

versalis.

Pos. I. De Jurispublici Universalis Scriptoribus Systematicis, speciatimque Hertio §. 1. & 2. Boehmero §. 3. Gribnero §. 4. de Scriptoribus JURIUM MAJESTATICORUM §. 5. Zieglero §. 6. Hubero §. 7. Arniseo §. 8. aliisque §. 9. ut Bodino, cuius describitur Vita §. 10. Adversarii §. 11. & 12. Scripta §. 13. Religio §. 14.

Pos. II. Exhibit DISSERTATIONES de Majestate §. 1. Subditis §. 2. Principibus, eorumque Sanctitate §. 3. Officiis & juri- bus §. 4. Regalibus §. 5.

Pos.

§. Paragraphorum.

Pos. III. De MACHIAVELLISTIS, ubi memorantur Machiavelli Vita §. 1. de eoque iudicia §. 2. & 3. Scripta §. 4. & 5. Refutatores §. 6. & 7. Affecti & defensores §. 8. Subjunguntur errores Arndii circa Machiavellum §. 9.

Pos. IV. De MONARCHOMACHIS §. 1. speciatimque Buchananis §. 2. & 3. Bruto §. 4. Boucherio §. 5. & 6. Rossio §. 7. Alano §. 8. Guignardo §. 9. Jesuitis §. 10. & 11. Calvinianis §. 12. Miltono §. 13. Sequuntur Monarchomachorum REFUTATORES, Barclajus §. 14. Blavodæus, Winzetus, Cunarus §. 15. Clementis Anti-Martyrium §. 16. Marianæ sententia §. 17. Arnaldus §. 18. Anti-Cottonus §. 19. aliquie §. 20. & 21. Masius & Beermann §. 22. Salmasius §. 23. 24. & 25. Scripta de Regicidio Anglicano §. 26.

Pos. V. Sistit dissertationes de ORIGINE Majestatis & modis constituentibus eam §. 1. & 2. Successione §. 3. partis successoriis §. 4. Inauguratione & homagio §. 5. de limitibus Majestatis & potestate Summorum Imperantium in Jus Divinum & Naturale §. 6. Legibus fundamentalibus §. 7. de modis amittendi Majestatem ABDICATIONE & DEPOSITIONE §. 8. de Tyrannis §. 9. Emigratione §. 10.

Pos. VI. De divisione iurium Majestaticorum §. 1. Tabula iurium Majestaticorum §. 2. primo loco occurunt JURA PRINCIPUM PERSONALIA §. 3. & 4. ubi de Crimine Læse Majestatis §. 5. ac Principum delictis §. 6.

Pos. VII. De Scriptoribus iurium Majestaticorum circa SACRA, speciatim de concordia Religionis cum Imperio §. 1. Transitus ad singulos de jure Sacrorum Scriptores §. 2. de Controversia Grotii §. 3. Vedelii §. 4. de Sacrorum jure Scriptores Belgæ §. 5. Galli §. 6. Angli §. 7. Germani §. 8. & 9. de jure Templorum & Coemeteriorum §. 10. redditum Ecclesiasticorum §. 11. Patronatus §. 12. legum Ecclesiasticarum §. 13. Causarum Matrimonialium §. 14. Festorum & Calendarii §. 15. Conciliorum & controversiarum Theologicarum §. 16. Hæreticorum §. 17. & 18. reformati & secularisandi §. 19.

Pos. VIII. De JURE PONTIFICIS Romani in Principes, Scriptores Pontificii §. 1. in iisque Bellarminus §. 2. cuius recensentur Scripta §. 3. Adversarii §. 4. in iisque Barclajus §. 5.

Series Capitum, Postidem

Jacobus Angliae Rex §. 6. ejusque contra Bellarminum Defensores, Andreas §. 7. Widdrington §. 8. Pareus §. 9. Adiduntur Bellarmini contra Regem Defensores §. 10. Tandem sequuntur Principum contra Vsurpationem Pontificis Vindices §. 11. Itali §. 12. Angli §. 13. Galli §. 14. v. c. Hotomannus §. 15. Blondellus §. 16. Salmasius §. 17. Maimburgius §. 18. Germani §. 19.

Pos. IX. Sistit Scriptores de **POTESTATE LEGISLATORIA** §. 1. Jurisdictione §. 2. jure puniendi §. 3. torquendi §. 4. mulctandi §. 5. privilegia concedendi §. 6. dispensandi §. 7. aggratiandi §. 8. & asyla constituendi §. 9.

Pos. X. De jure Majestatis circa **DIGNITATES**, ubi habentur Scriptores de fama §. 1. Nobilitate §. 2. & 3. ejusque Origine §. 4. & speciebus §. 5. de jure Civitatis & Nundinarum §. 6. Academiarum §. 7. quarum nonnulli dederunt Catalogos §. 8. alii descriperunt eorum originem §. 9. alii denique jura & privilegia §. 10.

Pos. XI. De **DOMINIO EMINENTI** §. 1. extraordinario §. 2. & 3. de alienatione & oppignoratione Subditorum §. 4. de jure Regio Ebraeorum §. 5. de Dominio eminenti ordinario in specie de jure Tributorum §. 6. & 7. Fisci & aerarii §. 8. Domaniorum §. 9. Venationum §. 10. Metallifodinarum §. 11. Monetarum §. 12. Viarum publicarum & Postarum §. 13. & 14. Residentiarum & Palatiorum §. 15. Archivorum §. 16. Diplomatuum & Sigillorum §. 17.

CAPUT III.

De Scriptoribus Juris Gentium.

Pos. I. De existentia & Systemate Juris Gentium §. 1. Statim via sternitur ad speciales Juris Gentium materias, ac primo quidem **DOMINIUM MARIS** §. 2. Recepientur itaque Scriptores maris liberi §. 3. Clusi, quorum alii favent Britannis §. 4. alii Lusitanis §. 5. alii Veneti §. 6. Genuensibus §. 7. Belgis

& Paragraphorum.

Belgis §. 8. Scriptores de dominio maris promiscui §. 9. & 10. de Legibus Nauticis §. 11. & 12.

Pos. II. Scriptores tradit de COMMERCIIIS §. 1. Maritimis §. 2. Bellicis §. 3. de PACTIS Gentium §. 4. tum tacitis v. c. Moribus Gentium, detractione §. 5. præscriptione §. 6. tum expressis v. c. foederibus §. 7. & 8. protectione, clientela §. 9.

Pos. III. De LEGATIONIBUS §. 1. Scriptores veteres §. 2. recentiores §. 3. & 4. Wicquesfort §. 5. Callieres §. 6. Memoræ legationum §. 7. dissertationes de Legatis in genere §. 8. de discrimine Legatorum §. 9. de delictis Legatorum §. 10. de Sanctitate & judice Legatorum §. 11. de iuribus Legatorum §. 12. de Legatis Pontificum §. 13. Statuum Imperii §. 14. & 15.

Pos. IV. De jure BELLI tradit Scriptores §. 1. & 2. dissertationes §. 3. de DUELLO Scriptores Italos §. 4. Gallos §. 5. Belgas §. 6. Germanos §. 7. de belli causis §. 8. inductione §. 9. apparatu §. 10. de Militari conscriptione §. 11. iuribus §. 12. de Transitu §. 13. Metationibus §. 14. Munimentis & fortalitiis §. 15. de modis bellum gerendi, armisque prohibitis §. 16. de dolo in hostem licto §. 17. Repressaliis §. 18. de Victoria §. 19. Occupatione bellica §. 20. Captivis §. 21. de fide bellica §. 22. de PACE §. 23. & 24. Amnesty §. 25. Inducis & Obligis §. 26. Arbitris, Mediatoribus & Sponsoribus §. 27. de Neutralitate & Assécratione §. 28.

Pos. V. De jure CEREMONIARUM generaliores suppeditantur Scriptores §. 1. Graffis §. 2. Gothofredus §. 3. Crusius §. 4. Letus §. 5. Winterfeld §. 6. Zwanzig, Stieve & Lüning §. 7. Wagenseil & Marcellus §. 8. Ceremoniale Palatinum & Brandenburgicum §. 9. Beller §. 10. Brielmeyer, Glasey §. 11. de dignitatibus Auctores §. 12. de præcedentia Ecclesiastica & seculari §. 13. Scripta minora §. 14. & 15. de Prærogativa, speciatim Hispanorum §. 16. Gallorum §. 17. Anglorum aliorumque §. 18. Apanagiatorum, Legatorum, Fœminarum §. 19.

CAPUT

Series Capitum, Positionum & Paragraphorum.

CAPUT IV.

*Dé Scriptoribus Juris Principum
privati.*

Pos. I. Connexio §. 1. Instituti ratio §. 2. Tabula iurium Illustrum §. 3. Systema Juris Principum privati §. 4. Scriptores de jure illustrum PERSONARUM & Foeminarum §. 5. Ministerum Principis §. 6. Conjugiis Principum §. 7. Speciam iis ad Morganaticam §. 8. de dote, dotalitio & viduitate illustri §. 9. de foro casuarum matrimonialium §. 10. de paternapestate Principum §. 11. de liberis naturalibus §. 12. adoptione illustri §. 13. Unione prolium §. 14. Emancipatione & Turela illustri §. 15. & 16.

Pos. II. De Principum DOMINIO §. 1. & HEREDITATE tum ab intestato §. 3. & 4. ubi de Obligatione Successoris Illustris §. 1. jure Senioratus §. 6. Primogeniturae §. 7. Apagnii §. 8. cum ex Testamento §. 9. vel Pacto Successorio §. 10. Confraternitatis Ganerbimatus §. 11.


Pos. III. De Principum PACTIS §. 1. stipulationibus §. 2. Contractibus §. 3. delictis §. 4.

Pos. IV. De Principum JUDICIIS & foro §. 1. processibus §. 2. prætensionibus §. 3. ubi de Kriesbeckio §. 4. Thoma- sio & Ludewig §. 5. Schwederio §. 6. Deductionibus §. 7.



Capitul

BIBLIO-



BIBLIOTHECÆ JURIS IMPERANTIIUM.

CAPUT I.

de

*Scriptoribus Juris Naturaे gene-
ralioribus.*

Pos. I.



Ratiſſimum , quo potestas
Summorum Imperantium
firmatur & stringitur Vin-
culum , est Jus , Naturale
vulgo vocatum , cuius, utut
absoluto Systemate deſtituamur , tot ta-
men , tantosque habemus Commentato-
res , ut peculiariſbus scriptis eos recenſe-
re , opere preſtum judicaverint Eruditi ,

§. 1.

Jus , quod nobis pro agendi norma hic accipitur , nonniſi Institu-
a Superiore venire potest . Cum autem Summi Imperan- ti ratio-
nes , eo ipſo quod Summi fūt , præter Deum , superio-
rem non agnoscant , nullo etiam , quam Diuīſio Jure eos
A teneri ,

teneri, manifestum. Dispesci illud solet in positivum & naturale. Positivum universale, cum rationibus, tantum non prorsus contempnendis, a quibusdam in dubium plane vocatum fuerit, a nobis ex instituto non curabitur. Naturale autem Jus, quod Deus per dictamen recte rationis omnibus hominibus, adeoque & Principibus, Summisque Imperantibus indidit ac promulgavit, huc in primis pertinet. Varius illud sortitur nomina, pro diverso respectu, quo summi Imperantes vel publica, vel privata negotia conficiunt. Publica enim si cum subditis gerunt, *Jus publicum Universale*, sive cum aliis gentibus, liberisque Principibus, *Jus Gentium* vocari consuevit. Ubi vero privata sua, nullo ad Rempublicam habitu respectu, negotia, Principes curant, Jus, quo attinguntur, privati Principum iuri axiomate insigniri poterit.

§. 2.

Biblio- De singulis his Juris-speciebus, Jure scilicet Naturæ in theca & genere, Jure publico Universali, Jure Gentium & Jure Principum privato, Scriptores enumerare constituimus, quo in **Histor.** labore magna ex parte, prima omnino nobis glacies erit frangenda. Nemo enim succurririt, qui Juris publici Universalis, Juris Gentium & Juris Principum privati Commentatores, ordine systematico & cum apparatu recensuerit. Interpretes vero Juris Naturalis in genere plerosque, jam tum stiterunt varii, qui ejusdem Juris vel Bibliothecam, vel Historiam adornarunt.

§. 3.

Sic Jo. FRANCISC. BUDDDEI Historia Juris Naturalis prodidit Hal. 1695. 8. & cum Vitriarii Institutionibus Juris Naturæ Hal. 1701. 8. & Lügd. Batav. 1704 & 1711. 8, nec non inter Selecta Buddeana Jur. Nat. & Gent. Hal. 1704. 8. Porro

JACOB. FRID. LUDOVIC. JCti Hallensis, & tandem Pro-Cancellarii Gieffensis, Delineatio Historiae Juri Divini Naturalis & positivi universalis Hal. 1701. 4. & 1714. 8. que maximam partem ex prelectionibus Thomasi natu Imo

Imo B. Beyerus, dum viveret, JCtus Vitebergenis, plagii zocasabat Ludovicum, quod plurima ex Colle-
gio suo MSC. de Scriptoribus Juris Nat. hauserit, ac
sua fecerit, ne ordine quidem mutato, quod tamen
casu accidere potuit, cum Beyerus, pariter ac Ludovi-
cus, ex Thomasii Scholis, sua hauserit. Vitam Ludo-
vici præfixam reperies Doctrinæ ipsius Juris Nat. 1724.
8. editæ.

JOANNIS GROENINGI Bibliotheca Juris Gentium Euro-
pæa, extat Hamburg. 1703. 8. Sinistre de hoc Autore
sensit, eumque varia in hoc libello exscriptissime ex HENR.
PETR. HABERKORNII, Syndici Goerlicensis, Sole re-
splendescente Jurisprudentiæ Justinianæ, Goerlicii
1677. edito, affert Thomasius in Hist. J. N. p. 91. &
211.

Jo. BALTHAS. WERNHERI Judicia de præcipuis Scripto-
ribus Juris Nat. Viteb. 1703. 8.

Jo. FRID. REIMMANNI Historia Juris Natur. 1713. 8.

CHRISTIANI THOMASII paulo plenior historia Juris Nats
Hal. 1719. 4.

Duper ADAM FRID. GLAFRY subjunxit *seinen Vernunft-
und Völcker-Rechte*, Francof. & Lips. 1723. 4. edito,
haud spernendam Bibliothecam Juris Nat. & Gentium,
ubi ordine materiarum alphabetico, pleraque Juris
Naturæ & Gentium scripta, magno numero, quandoque
tamen parum accurate, indicat, ac prodromum quasi
sistit Bibliothecæ Juris Naturæ & Gentium, quam brevi,
sub nomine D. JOAN. CHRISTOPH. MEINIGII, quem
in hoc labore juvat Glafesus, comparituram ait. Com-
pleteetur vastum hoc opus, in forma Systematis Juris
Naturalis elaboratum, non modo excerpta & contenta
singulorum Juris Naturalis Scriptorum, sed & de iis ju-
dicia. Si quid tamen ex prodromo conhicere liceat,
vereor, ut unquam splendidis his promissis satisfieri
queat. Satius interim erit, in spe & silentio, quid
montes parturiant, expectare.

Biblio-
thec. Jur.
Nat.

Addi his poterunt BURCHARD GOTTHELF STRUVII
Bibliotheca Philosophica cap. 8. ex edit. tertia Jen.
1712. 8. &

GEORGII BEYERI Specimina Notitiae Auctorum Juridico-
rum, quorum primum Lips. 1698. 8. alterum ibid. 1701.
tertium 1705. prodiit.

§. 4.

Tanti itaque Viri, cum suam in hoc labore jam collo-
eaverint operam, actum agere, & post Homertam Iliada
scribere videri posset, qui ulterius quippiam, in hoc scriben-
di genere, tentare voluerit. Neque diffiteor, animum mihi
primum fuisse, missis generalioribus Juris Naturæ Scriptori-
bus, statim ab illis ordiri, qui Jus publicum Universale tra-
siderunt. Cum tamen tunc deesse aliquid Bibliothecæ Juris
Imperantium, eamque capite quasi truncatam fore compa-
rituram, deprehenderem, volebam minimum Spicilegia face-
re, & Additamenta, modo laudatis Juris Naturæ Bibliothecis,
adjicere, sed & tunc, nimiis allegationibus & remissionibus
Lectori tedium creari animadvertis, satius duxi, ipse
quædam, Imperantium Juribus potissimum accommodata
de Juris Naturæ Scriptoribus, commentari. Qua tamen in
re ita versabor, ut ea, quæ §. antec. citati Autores fusius
exponunt, levius saltem strictimque attingantur, ea vero,
quæ curas eorum effugisse videri poterunt, diligentius no-
tentur, ac proinde uberior generaliorum Juris Nat. Scripto-
rum Notitia suppeditetur.

§. 5.

Existen-
tia Juris
Naturæ.

Nec quicquam in hoc labore morabimur eorum objec-
tiones, qui Jus Naturæ vel nullum, vel incertum, vel plane
imperfectum interserunt. Recentioribus præsertim tempo-
ribus haud defuerunt, qui, plane non dari Jus Naturæ &
Gentium, contenderunt. Nuper demum in nasutuli cuius-
dam Lipliensis incidimus dissertationem MStam, qua dari
tale Jus, vel ideo negat, quod eodem nunquam opus habue-
rit

rit genus humanum, utpote cui Sapientissimus Creator statim de lege quadam positiva prospexerit, illa scilicet, quam de non comedendo fructu Arboris Vitæ tulit, cui si jungatur primæva matrimonii institutio, duplicum dari fontem, ex quo omnia, quæ homini tum erga Deum, tum erga alios, incumbunt officia, luculenter satis deduci queant. Alius quidam, nomine ANDREAS ROTYERUS, Jus Gentium in specie non dari, peculiari dissertatione adstruere conatus est, Lugduni Batavorum 1710. 4. Sed tam levia sunt horum argumenta, ut ab aliis contrariam sententiam rectius defendi, facile appareat. Pertinent huc

JOANNIS JOACHIMI ZENTGRAVII Tractatus de Origine, Veritate & immutabili rectitudine Juris Naturæ & Gentium, Argentorati 1678. & 1684. 8.

GERARDI van der MUELLEN, JCti Trajectini, dissertatio de l. III. 13: Origine Juris Naturæ, Trajecti 1684. 4. L V. ,

MICHAELIS CHRISTOPHORI HANOVII Examen dubiorum contra existentiam Juris Naturæ motorum. Lipsiz 1720. 4.

JOANNIS MULLERI dissertatio de Juris Naturalis Veritate, Vitebergæ. 1677. 4.

JOANNIS FRIDERICI HAMBERGII dissertatio de eadem materia Marpurgi habita.

Existentiam Juris Gentium peculiari dissertatione vindicavit NICOLAUS ANDREAS POMPEJUS Altorfii 1688. 4.

§. 6.

Qui vero ex perpetuis, innumerisque Doctorum disputationibus & altercationibus, Naturalis Juris incertitudinem inferunt, nosse deberent, ab incerto & diverso demonstrandi ac interpretandi modo, ad ipsius rei incertitudinem, argumentari neutquam licere. Urgeri solet decantata illa Controversia, de primo Juris Naturalis principio, quod diversi ponunt diversum, variisque proinde Scriptis præbuerunt occasionem, quæ tamen hic recensere supervacaneum ducimus. Plerorumque interim hac de re Sententias, earumque Conciliationes, in Compendio vide sis apud JOANNEM

Princi-
pium Jur.
Nat.

GUILIELMUM JANUM in iudiciis Eruditorum de principio
Juris Naturalis, cum vera sententia comparatis. Vitebergæ
1711. 4. Adde IMMANUELIS PROBLEI dissertationem de
diversorum Juris Naturæ principiorum Origine, nec non
Coccejorum, Sibrandi, Lani, Muldeneri, Roehrensci, alio-
rumque de principio & fundamento Juris Naturalis disserta-
tiones. At enim vero demonstrarunt jam dudum sagacio-
res, nūl quicquam decidere veritati ac certitudini Jurispru-
dentiae Naturalis, etiamsi nullum tale, quale vulga delido-
rat Doctores, principium detur.

§. 7.

Deside-
rata Juris Doctores compilariunt Scripta, quod contradicam, non ha-
Natural. beo. Quid enim quæso in hoc Mundo perfectum? Sed
numne ideo, quod imperfecta est res aliqua, nullus plane
eiusdem erit usus? Sane non putarem. Multum interim,
ingenue lubenterque fateor, deest Jurisprudentia Naturali,
ut in illo collocata fastigio dici queat, quod ne quicquam
fere patiatur ornamento ejus & certitudini amplius accede-
re, (quod nuper demum, non nemo publico Scripto asserere
non dubitavit,) quin potius magis imperfectum hoc studii
genus censeamus, quam reliqua multa: id quod nemo facile
negabit, qui secum reputaverit, plerosque Juris Naturalis
Interpretes, Grotii exemplo, non omnia, sed potiora saltem
hujus Scientiæ capita, excusisse, nonnullos, cum Seldeno, di-
vina Oracula naturæ lumini miscuisse, haud paucos, & in-
primis recentiores, judicio destitutos, auctoritatibus nimium
inhæsisse, alios contra Ingenii viribus magis fretos, cum
Puffendorfio illas sprevisse prorsus, alios adhuc cum Hobbio
& Thomasio famam magis, quam Veritatem, quæsivisse,
alios denique priores gnaviter exscripsisse, qui mos est com-
munis fere omnibus, qui hoc ipso, quo vivimus seculo, de
Naturali Jure commentati sunt. Nævis quoque hujus Disci-
plinæ jure annumeratur, quod ea quæ Prudentiæ sunt, cum
Juris capitibus, & obligationes perfectæ, imperfectis misceri
soleant, quas tamen inter se distinctas, susterre debet tracta-
tio.

tio, quæ non tam docere debet, quæ aliis debeantur officia
(hæc enim Philosophiæ Præacticæ sunt partes,) quam quæ no-
bis in alios competant Jura. Causam hujus confusionis asse-
qui mihi videor, mecum perpendens, quod priscis tempo-
ribus, Jura, pro Philosophiæ parte habita, simulque cum ea in
Scholis proposita fuerint. Postea, cum Seculis ad Barbariem
vergentibus, peculiari, ut loquuntur, facultate, Jura dona-
rentur, Civile quidem & Canonicum Jus pro temporum
capitu colebantur, Naturale autem interim, tenebris obrutum
manebat, usque dum superiori Seculo, præstantissima hæc Ju-
ris pars, postliminio in lucem revocaretur, atque tunc talem
eam retinebant JCTi, qualern in Veterum Philosophorum
Scriptis deprehendebant dispersam, parum de eo solliciti, ut
Jus a Philosophia rite distinctum suis includerent finibus,

Deside-
rata Jur.
Nat.

§. 8.

Frustra autem inter Juris Naturalis desiderata, ab oppido Systema
multis refertur absolutum quoddam ejus Systema. Latus enim Jur. Nat.
hujus Disciplinæ campus patere videtur, quam qui dulci huic
spei locum relinquere queat. Desiderabant quondam Eru-
diti tale Systema a Forstnero, Feldeno, Rachelio & Puffen-
dorio; promiserant illud Mevius & Groeningius. Multa
præstitit Puffendorfius, præstanda tamen aliis reliquit. Forst-
nerus & Feldenus amicorum petitioni locum haud dederunt.
SAMUEL RACHELIUS acquievit in duabus dissertationi- I. III. 17.
bus: de Jure Naturæ & Gentium Kilonii 1676. & 1696. 4. III. IV. 7.
editis.

§. 9.

DAVIDEN Mevium quod attinet, erat Ille primo Mevius.
Syndicus Stralsundensis, postea in Academia patria Gryphis- II. V. 16.
waldensi, Juris Professor, ac tandem Tribunalis Wismarien- III. IV. 15.
sis Vice-Præses. Multum omnino huic studio impedit la-
boris, sed nonnisi post ejus demum obitum lucem aspexit
Prodromus ejus Juris Naturæ & Gentium Stralsundæ 1671.
& 1680. 8. quæ & sub titulo: Nuclei Juris Naturæ & Gen-
tiuna

tium prodit Francofurti 1686. 8. Ipsum vero opus, cui per 20. annos insudasse, quodque ad 50. Alphabeta adscendere dicitur, prelo esse paratum, afferunt Collectores Lipsienses mens. Septembr. 1707. quod tamen, etiamsi prodiret, an Eruditorum expectationi satisfacturum sit, merito dubitamus.

§. 10.

Groenin- Fefellit quoque spes, quam **JOANNES GROENINGIUS**
JCTUS, & in Tribunali Wismariensi olim Referendarius, de
majori quodam Juris Naturæ Opere fecerat, in Historia sua
Juris Nat. & Gentium, præmissa editioni Holmiensi libelli
Puffendorfiani de Officio Hominis & Civis 1701. 12. Ne-
que tanti sunt, quæ a præcoci nimis Groeninguo ingenio ex-
pectari poterant. Grandia ac difficilia in variis disciplina-
rum generibus Opera, Speciminiibus quibusdam affectavit,
splendidisque ac vanis promissis, panem sibi quæsivisse vide-
tur. Ipse se prodit in dicta sua Historia Juris Naturæ, ubi
Systema suum ad methodum Corporis Juris Civilis accom-
modare meditatur, quam si servasset, sine dubio eundem
commisisset errorem, quem ipse in Christophoro Forstnero
reprehendit. Plura de Groeningo ejusque Scriptis vide in
Groenianis, sive *kurtzen Berichte von denen sämmtlichen*
Schriften, so Herr D. Job. Gröning edidet, entworfene von C. S. P.
quæ præfixa reperiuntur *D. Johann Grönings Statistischen Büchern,*
Hamburg 1703. 8.

§. 11.

Nunc vero Juris Naturalis Systema meditatur **CHRIS-
TIANUS THOMASII**, qui quid præstiturus sit, tempore
docebimus. Nos, cum tali Systemate huicdum destituamur,
non tam quid optandum sit, quam quid melioris notæ in
hoc genere habeamus, dispiciemus. Apud Antiquos, quæ
reperiuntur, pauca sunt, jejuna, atque hinc inde apud Pla-
tonem, Aristotelem, Ciceronem, aliosque Philosophos &
Scholasticos dispersa. Statim itaque ad recentiores progre-
dimur.

Pos.

Pos. II.

Maxime inter eos celebrantur Hugonis Grotii de Jure Belli & Pacis libri tres.

§. I.

Virum nomino, quem restauratorem Jurisprudentiaz Grotii perpetuaz, Orbisque literarii miraculum vocare, haud du-
bitarunt Eruditii. Ea enim præstítit, quæ ante eum nemo,
quod non potuit non fieri, cum raro admodum exemplo,
connatas ingenii judiciique vires indefesso augeret studio,
nec facile horam, quam ruere monebat Symbolum, sine
lectione aut meditatione prætermitteret, quo factum est,
ut jam Anno 1599. Ætatis 15, Martianum Capellam notis
illustratum ederet, ac brevi post, peracto itinere Gallico,
summos in Jure caperet honores. Scholæ natus videbatur,

Nota.

Succorum cum ageret Parisiis Legatum, ipsique apud Regem intrap-
ducendo expectandum esset paulisper, in media Aulicorum tur-
ba Terentium legere non dubitavit, adstantibusque desuper
risum continere non valentibus, satis pro excusando se respon-
disse putavit: quod aliter Grotius, aliter pueri legant Teren-
tium.

& tamen per omnem fere Vitam publica gessit negotia &
munera. Primo enim Advocatum Fisci Ordinum Hollandiæ Hagis, mox Syndicum sive Pensionarium egit Roterodamensem, (non Antverpiensem, ut ponit Glafey p. 20.)
a qua Civitate in Angliam missus, mare liberum edidit. III. L. 50
Deinde Arminianismi suspectus & 1619. ad perpetuos car-
ceres Lowensteinenses damnatus, eorum discussit mole-
stiam, Veritatem Religionis Christianæ versibus Belgicis
scribendo. Hinc post annum cum dimidio, uxoris ope
(quam alii Auersbergiam, alii Reigersbergiam, alii Regels-
bergiam

Grotii
Vita.

§. VII. 3.

bergiam vocant) cista libraria inclusus, veste cæmentaria Antverpiam evanit. Inde Parisios venit ad Peirescium, Señatorem Aquæ Sextiensem, ejusque favore a Rege Ludovico XIII. Stipendium annum 3000. Librarum Galliarum obtinuit. Scripta tune Apologeticum eorum, qui Hollandæ præfuerunt, nec non Peirescii hortatu incomparabile illud de Jure Belli & Pacis opus. Superveniente Regis Ludovici XIII. morte, cum ipsi Cardinalis Richelii machinationibus annua subtraheretur pensio, Hamburgum abiit, ibique nomine Christiæ Sueciæ Reginae ab Oxeastirnio Comite, spartam Legati Suecici ad Galliarum Regem sibi deferri passus est. Vide Puffendorium de Rebus Suecicis Lib. 6. §. 92. & Lib. 7. §. 4. Et licet Richelius admittere eum ab initio dubitaret, & loco ipsi cedere detrectaret, diu lati tamen spartam sibi demandatam ornavit Grotius, majorem adhuc laudem meritus, nisi nimium studiis astrusioribus, commentariisque in Biblia conscribendis se deditser, ac Theologicis adeo se immiscuisset controversis. Quibus rebus factum est, ut accederentibus adulationalibus & calumniis Cerisantis cuiusdam, (seu quod verum ipsi nomen erat Duncani,) Medici Salmuriensis filii, a Legatione revocaretur Holmiam. Hinc in Patriam tendens, naufragio Rostochium delatus animam ibi efflavit die 18. Augusti 1645.

Nota.

Erat Oldenburgerus qui in Indicule suo Grotium mortuum afferit, cum Holmia a Rege Suecico suæ Legati missereatur in Galliam.

Adfuit moribundo Quistorius, Theologus Rostochiensis, qui, Grotium errores suos agnoscisse, ac in vera & puriori fide fuisse defunctum, testatus est. Asservat intestina Rostochium, corpus autem Delphis in Urbe patria (ubi nobili genere, Patre Joanne, natus erat 1583. mense Aprili) sepultum est juxta Principem Auriacum 1645. die 3. Octob. Vita Grotii Germanice habetur, in fronte versionis Germani-

manicæ Operis de Jure Belli & Pacis. Anglice autem præ-Grotii fixa reperitur ejus Discourses of God and his providence, Vita. translated into English by C. B. Londini 1653. 8. Conferantur etiam les Memoires pour servir à l'histoire d'Hollande par Mr. Louis AUBERY Chevalier, Seigneur de Maurier Parisiis 1680. 12. & ibidem 1688. 8. impressæ, Osiander in Prolegomenis ad Tractatum de Jure Belli & Pacis a pag. 1. - 30. Multam etiam de Grotio notitiam hauries ex ipsis Grotii Epistolis Amstelodami apud le Blaeu 1687. & 1700. fol. editis. Addatur Guilielmus Battesius in Vitis selectis aliquot Virorum Londini 1681. 4. pag. 240. Henning. Witte. in Dario Biographico Dantisci 1688. 4. pag. 165. Thomas Pope-Blount in censura celebriorum Auctorum Genevæ 1699. 4. p. 149. & Bayle in Dictionario. Überiorum Vitæ & fatorum Hugonis Grotii historiam promisit JOANNES MÖLLERUS Rector Flensburgen-sis. Ceterum Wicquefortius dans ses Memoires touchant les Ambassadeurs p. 19. editionis Coloniensis 1676. 12. de filio Grotii mentionem injicere videtur, quem patre doctrina inferiorem, rebus autem agendis aptiorem judicat, & hic forsitan est PETRUS GROTIUS quem p. 289. Belgarum ad Suecos & Gallos Legatum dicit.

§. 2.

Scripta Grotii magno extant numero. Exhibit ea Grotii THOMAS HYDE in Catalogo Bibliothecæ Bodleianæ Oxo-Scripta nii 1674. fol. Addatur VOSSIUS Carmen, quo complexus est Scripta Grotii, quodque Poematibus Grotii insertum. Extat quoque EMUNDI MERCERII Elegia de Vita Obitu & Scriptis. Hugonis Grotii ad Hieronymum Bignon Parisiis 1661. 4. Conjunctim Opera Grotii prodierunt Amstelodami 1679. fol. Pleraque sunt Theologica, neque huc pertinent. Reliqua præter ea, de quibus mentionem injiciendi jam se præbuit occasio, hæc fere sunt

Pietas Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ, de qua, ut & de Apologetico Grotii, ejusque Tractatu de Imperiis sum.
B 2

II. VII. 3.

summarum potestatum circa Sacra, infra agendi locus
occurret.

De Antiquitate Reipublicæ Batavorum, Lugduni 1610.

Grollæ obſidio cum annexis Anni 1627. Amstelodami 1629.
fol. & Francofurti 1648.

Annales & Historiæ de Rebus Belgicis, Amstelodami 1657. 8.
qui liber Gallice quoque, at pefſime versus.

Introductio in Jus Belgicum, Belgice hoc Tit. Inleydinghe
tot de Hollandſe Rechtsgeleertheit Dordrecht 1644. 4.
& Delft. 1657. 4.

Inleydinghe tot de Praetynck van den Hove van Holland,
Gravenhage 1667. 4.

Dissertatio de Origine Gentium Americanarum 1642. &
Amstelodami 1643. cum Notis Joannis de Laet.

Historia Gothorum, Vandalarum & Longobardorum, Am-
stelodami 1655. 8.

Epifola de Studio Politico, Lugduni 1642.

Dissertatio de Studiis recte instituendis, Amstelodami 1645.

42.

Collatio Sententiarum Philosophorum de fato, & eo quod
eft in noſtra potestate, Amstelodami 1648. 12.

Commentatio de Annulis, Lipsia 1614. 4.

Opuscula varia antea inedita, Amstelodami 1652. 8.

§. 3.

Grotii Huc in primis spectat aureum ejus de Jure Belli & Pacis
Jus Belli. opus, quod licet singulares nævios habeat, universim tamen
& Pac. excellit, tantumque meruit applausum, ut ipſe Gustavus
Adolphus Suecorum Rex memoriter illud addisceret, &
Palatinus Elector Carolus Ludovicus, dignum judicaret,
cui peculiarem ac perpetuum in Academia Heidelbergensi
constitueret interpretem, quam quidem spartam Puffen-
dorffio deferri curavit, qui primus proinde Juris Naturalis
in Germania fuit Professor. Et sane vel eo nomine laudem
meretur Grotius, quod primus omnium ea, quæ sparsim
Albericus Gentilis, Vasquius, Ayala, aliique, quos par-
tim in Prolegomenis, partim in ipſo Opere laudat, circa
natu-

naturalia jura commentati erant , in artis formam rede-
gerit.

54

quod illa, de Jure Belli & Pacis opus, 1627. in Catalogum librorum prohibitorum referri jussert.

§. 5.

Grotii
Editio-
nes.

Hac tamen procedendi ratione parum libri pretio ac estimationi detractum fuisse, frequentes satis testantur editiones. Primam illam, quam Grotius Parisiis 1675. 4. adornavit, Ludovico XIII. Galliarum Regi dicaverat. Hanc secutæ sunt innumeræ aliæ. Iis qui librum hunc sibi familiarem ac manualem reddere cupiunt, commendanda est illa portatilis valde, per le Blaeu Amstelodami in 12. impressa, quæ quo nitidior, eo quoque est rarior. Belgæ plurimum utuntur illa, quam Gronovius adornavit cum Notis, Amstelodami 1680. 8. Sæpiissime hæc editio est repetita, & ultimo per JOANNEM BARBEYRAC Amstelodami 1720. 8. Apud Germanos vero magis in usu est Viadrina illa BECKMANNI, 1699. 4. impressa. Maxima omnium est illa, per van der MUELLEN curata, de qua mox.

§. 6.

Grotii
Versio-
nes.

I. VI. 8.

Imo exteræ gentes in Scriptis Grotianis suo idiomate donandis inter se certarunt. Veritas ejus Religionis Christianæ non modo de linguarum Europæarum gloriatur versionibus, sed de Persicæ quoque & Arabicæ, utpote quæ ab EDUARDO POCOCKIO adornata Oxonii 1660. 8. Opus de Jure Belli & Pacis in vernaculam suam transferri curarunt Nationes cultiores omnes. Taceo versionem Belgicam Harlemi 1635. 4. Anglicam Londini 1654. 8. & novissime 1715. 8. 3. Voluminibus Germanicam SINOLDI SCHÜTZIT, Consiliarii Ruthenici, rerumque feudalium Directoris ac Ephori, Lipsiæ 1707. 4. cum præfatione CHRISTIANI THOMASI, historiam Juris Naturalis usque ad Grotii tempora exhibente. Nil etiam dicamus de versione Danica & Suecica. Omnibus facile præstant Gallicæ, quarum unam adornavit ANTONIUS COURTOIS, primum Christianæ, Suecorum Reginæ, a Secretis, deinde Galliarum Regis

gis ad aulas septentrionales Legatus, qui, muneribus publicis sponte depositis, libris conscribendis, speciatimque Operis Grotiani versioni vacavit. Prodiit illa Hagæ Comitum 1688. 12. Amstelodami 1688. 8. 3. Voluminibus, iterumque Hagæ Comitum 1703. & nisi vehementer fallor etiam Parisiis 8. 3. Voluminibus. Non tam verbis inhæret Grotianis, quam sensui, in quo tamen assequendo fuit felicissimus, quicquid contradicat BARBEYRAC, qui ideo^{I. V. *} aliam, novamque versionem Gallicam dedit Amstelodami 1724. 4. Imo tanti has Courtini & Barbeyraci versiones seu potius periphrases facimus, ut multis in locis haud inutiliter Commentarii loco inservire eas posse pertinetus.

§. 7.

Non equidem defuit Grotio *ingens Commentatorum Grotii* turba, quos magno numero exhibent JACOBUS FRIDERICUS LUDOVICUS, Juris Professor Hallensis, in delineamentatione historiae Juris Naturalis, & JOANNES GROENINGIUSTORES, in Bibliotheca Juris Gentium Europæ p. 231. seq. Sed si dicendum quod res est, Commentatores h̄i confundunt magis, quam juvant discendi cupidos, quare paucos aut nullos ex iis adhibendos censeo. Majori forsan fructu, ubi difficiliora & obscuriora occurrent loca, consulentur modo laudatae Courtini & Barbeyraci versiones, neque parum juvabit assidua Grotianorum locorum inter se collatio. Laudandus haec in re est labor JOANNIS JACOBI VITRIANII Professoris olim Heidelbergensis, post Trajectini, nunc Lugdunensis, qui Auditoribus suis Grotium explicare ex Grotio consuevit. Ceterum voti compotes facti sunt; qui, ut tandem a conscribendis in Grotium Commentariis desisteretur, optarunt. Languebat enim hoc seculo illud commentandi studium, in quo superiori ætate certatim versabantur Eruditū.

Pos.

Grotii
Com-
men-
ta-
tores &
Adversa-
rii.

Pos. III.

**Grotianum de Jure Belli & Pacis la-
borem, & castigant notis suis, & vindi-
cant alii atque illustrant Commenta-
tores.**

§. 1.

Felde-
nus.

I. L. 8.

Primus in iis occurrit JOANNES à FELDEN, qui Vi-
tebergæ studiorum cursu absoluto, anno circiter 1640.
Professiōni Mathematum in Academia Julia praefectus, post-
ea Jus ibidem docuit, deinde in pago Neukirch prope Ha-
lam nobiles juvenes privatos inter parietes instruxit, hinc
Halam concessit, ac tandem Anhaltinorum Principum Con-
siliarius evasit. Is ut a calumniis se liberaret, quibus ex
Euclide juris principia petere, & juventutem ineptiis illis
plane corrumpere dicebatur, Annotata in Grotium de Jure
Belli & Pacis conscripsit. Patet ex iis, eum non tantum
Logices artisque Analyticæ haud fuisse ignarum, sed ejus
quoque nimium forte amatorem. Ingenium enim prodit
acutum & sophisticum, nimisque acerbum se præbet Grotii
censorem. Prodierunt ejus Annotata Amstelodami 1653.
12. & cum responsionibus ad stricturas Graswinckelii Jenæ
1663. 12. Reliqua ejus Scripta Juridica Logica & Mathe-
matica ad aliud pertinent forum.

Nota.

Elementa ejus Juris universi prodierunt Francofurti 1664. 4.
Tractatus de Actionibus realibus Francofurti 1690. 4.
De Interpretatione pactorum Francofurti 1690. 4.
Scientia interpretandi, 50. annorum opus, Helmstadii 1684. 8.
Analysis Librorum Politicorum Aristotelis Francofurti 1654. 12.
Ars Geometrica & Doctrina Sphaerica Helmstadii 1685. 8.
& Lipsiæ 1653. 12. & Germanice versa Jenæ 1724. 8.
Jus publicum quoque Justinianum scripsisse fertur.

§. 2.

§. 2.

Feldeno se opposuit pietate in Grotium ductus THEO-GRASDORUS GRASWINCKEL, JCtus Delphensis & Belgii fœderati fiscalis. Is cum videret Grotii de Jure Belli & Pacis libros (quos Crenio teste e dictantis Grotii ore exceperat, atque in ordinem redegerat) a Feldeno lacefissi, edit stricturas ad censuram Joannis a Felden ad libros Grotii de Jure Belli & Pacis Lugduni 1654. 12. recusas Jenæ 1675. 12. Schurzfeischii de eo judicium est, quod lepidus magis sit, quam solidus. Feldeno certe, subsidia si spectes judiciumque, minime fuit comparandus, quare mirandum non est, si ex hac controversia inferior discessit Graswinckelius. Salse enim eum perstrinxit Feldenus in iterata Annotatorum suorum editione Jenæ 1663. 12. ita, ut ne respondere quidem auderet Graswinckelius.

Nota.

In reliquis Graswinckelii Scriptis eminent

Dissertatio de Jure Majestatis de qua infra.

II. I. 9.

Dissertatio de jure præcedentiaz inter Rempublicam Venetiam & Sabaudiam Ducem, de qua itidem infra.

III. V. 18.

Libertas Veneta, seu Venetorum in se ac suos imperandi jus, Lugduni Batavorum 1634. Refutat ibi Scrutinum libertatis Venetas, quod 1612. 4. Italice prodit. Propter hoc scriptum Veneti Graswinckelium dignitate Procuratoris D. Marci donarunt.

Maria liberi Vindicia contra Burgum & Velvooodum, de quibus III. I. 3. 4. 7. infra.

De præludiis justiciæ & juris, Dordraci 1660. 12.

Princeps Pacis, Hagæ Comitum 1655. 4.

De fide haæreticis servanda, cuius scripta infra injiciemus men- II. VII. 17. tionem.

§. 3.

Elegans, erudita, atque ex ipsis rerum argumentis Boëcler. petita est JOANNIS HENRICI BOECLERI, Cronhemen- II. X. 5. sis Franci, Historiarum Professoris primum Argentoraten- II. I. 10. sis,

C

¶. M. 11.
¶. IV. 21.
25. 28.
¶. V. 15.

sis, deinde Upsaliensis, tandem Comitis Palatini & Consiliarii Cesarei, in Grotium Commentatio, Boyneburgio dicata. Prodiit illa Argentorati 1663. & 1664. 8. recusa Hagæ Comitum 1663. 8. Tubingæ 1667. 8. Gieffæ 1687. 8. & cum præfatione JOANNIS SCHILTERI, Argentorati 1690. & 1704. 8. Sed dolent eruditæ, eum in ipso septimo libri secundi capite substituisse, cui tamen defectui, quinque dissertationes adjiciendo, opusque Grotianum in tabulas 99. redigendo, consulere voluit. Sed parvum apud eruditos hæ Tabulæ meruerunt applausum. Imo in ipsa Commentatione taxant alii judicium, virumque movendis magis quam decidendis dubiis aptum judicant. Desiderant alii majorem in jure peritiam. Sed quæ forte ex his deesse videntur, stupenda ejus lectione, eruditio ne atque scribendi elegantia compensantur. Plura de Bœcero dicemus alibi.

§. 4.

Ziegler. Præ ceteris laudem merentur CASPARIS ZIEGLERI, Consiliarii quondam Saxonici, & Facultatis Juridicæ in Academia Vitebergensi Ordinarii. Notæ in Hugonis Grotii de Jure Belli & Pacis libros, quæ prodierunt Vitebergæ 1666. & 1676. 8. & Francofurti 1686. 8. & Argentorati 1706. 8. Natae sunt ex prælectionibus ejus ad Grotium, & licet per breves sint, neque multum temporis ob perpetuas juris dicendi curas iis impendere Viro Beato licuerit, magna tamen eruditione atque judicio elaboratae sunt, neque solas juris attingunt controversias, sed Theologicos quoque, qui in Grotio deprehenduntur errores, diligenter refellunt.

§. 5.

de Henniges. Calamum in eas strinxit HENRICUS de HENNIGES, qui Altorffii primum & Jenæ literis incubuit, tandem vero meritis suis effecit, ut Liberi Baronis, Legatique Borussici ad Comitia Ratisbonensia dignitate ornaretur. Observa-

servationes ejus politicae & morales in Hugonem Grotium editæ sunt Solisbaci 1673. 8. In iis Grotium, quem decies intra biennium perlegerat, egregie explicat, atque exemplis ex Jure publico & Historia petreis, illustrat. In eo tamen humani quid passus est, quod vanam, in Zieglero vellicando, captaret gloriolam, cuius quidem juvenilis adnodus fervoris in senio ipsum poenituit, ceu ipse fatetur in Commentario de potestate summa Imperatoris circa Sacra. Zieglerus eum ne responsione quidem dignatus, summa tamen humanitate, ubicunque occasio datur, prosecutus est. De Hennigis nostri Meditationibus ad Instrumentum Pacis Westphalicæ agemus in Commemoratione de Scriptoribus Juris publici Germanici, alia quoque ejus scripta attingemus infra passim.

II. VII. 9.
III. III. 15.

§. 6.

Quos circa Sacra Grotianum opus fovet errores præ Osian-ceteris diligenter excussit JOANNES ADAMUS OSIAN-der. DER, Théologus Tubingensis, cujus proinde labor nostro instituto parum conducit, Theologo utilior. Prodierunt Observationes ejus in Grotium Tubingæ 1671. & 1679. 8. Familiare ipsi est, exscribendo aliorum libros, quos pos-sidebat rariissimos, alibique vix obvios, magna congerere Volumina. Scripsit quoque typum legis naturalis contra Hobbesium, Tubingæ 1669. 4. item de Asylis Hebræorum, Gentilium, & Christianorum, Tubingæ 1673. 12. nec non de Jure Majestatis circa Sacra.

IV. VII. 6.

II. VII. 8.

§. 7.

Ad Scholasticam Theologiam Grotium examinavit mius. VALENTINUS VELTHEMIUS Halensis, in Academia Salana Ethices ac Politices, deinde Logices ac Metaphysices, tandem Theologiae Professor. Edidit introductionem ad Hugonis Grotii Libros de Jure Belli & Pacis Jenæ 1676. & 1677. 8. Parum eam aestimant eruditæ, scripsit enim Scholasticorum more, & obtusioris ingenii hominibus, C 2 qui

I. V. 7.

II. V. 3. 6.

II. IX. 1.

III. IV. 8.

qui argumentorum vim , non nisi Syllogismis inclusam , percipiunt.

§. 8.

Simon. Neque adeo multum aestimantur **JOANNIS GEORGII SIMONIS**, in Academia Jenensi & Halensi Professoris, nec **I. III. 18.** non Consiliarii Aulici Ducalis Saxonici notæ, quas textui **I. IV. 3. 5. 8.** Grotiano subjecit in editione sua Jenæ 1673. 4. & 1680. **II. XI. 4.** fol. & Rudolstadtii 1680. 4. adornata. Alios nullo adhibito **III. III. 2.** **IV. 12.** to delectu exscripti.

Nota.

Scripsit & Volumina duo disputationum Juridicarum, Francofurti 1687. 4.
Delineationem impotentia conjugalis , Jenæ 1674. & 1682. 4.

§. 9.

Wæchtlerus. **CHRISTFRIDUS WAECHTLERUS** J. V. D. Vitebergensis, & Advocatus Dresdenis, Lectionum Grotianarum edidit librum primum Lipsiæ 1680. 12. & librum secundum Vitebergæ 1682. 12. Ob lectionem magis, quam ingenii acumen, videtur laudandus , Grotium tamen diligenter vindicat , & sub examen vocat Feldenum, Puffendorfium, Gronovium, aliasque. Scripsit etiam notas ad Probabilia Gerardi Nodt 1681. 8. item de gradibus culpæ, Vitebergæ 1680. 4. aliaque ad Jus Civile spectantia.

§. 10.

Becmannus.

JOANNES CHRISTOPHORUS BECMANNUS, Theologæ & Historiarum in Academia Viadrina Professor, cum annotationibus suis , & excerptis annotationum variorum Virorum insignium edidit Grotium Francofurti ad Viadrum 1691. & 1699. 4. Sinistre nonnulli de hoc labore sentiunt , utilis tamen est , & incipientibus in primis commendandus.

§. II.

§. 11.

Simile fere fuit institutum **GOTHOFREDI SPINAEI**, Spinæus. Professoris Lugduno-Batavi, qui Grotium cum Ziegleri, Osiandri & Gronovii notis edere cœperat Lugduni 1696. 4. Opus tamen ob mortem Auctoris intervenientem ultra caput 4. lib. 2. perductum haud fuit.

§. 12.

Mole, si non præstantia, haçtenuis memoratos superat **Tesmarus**. **JOANNIS TESMARI**, apud Marpurgenses Professoris in Grotium Commentarius, quem una cum Annotationibus **JOANNIS FRIDERICI GRONOVII** Batavi, & **V L R I C I OBRECHTI** Argentoratensis edidit Francofurti 1696. fol. Tesmarus in Auctoribus allegandis nimium forsan fuit diligens. Obrechtus judicio eum superat, notas suas 1684. II. V. 8. Argentorati scripsit. Gronovio saltem periphrasin dare & ex Antiquitatibus quædam explicare, propositum. Editionem ejus Grotianam cum notis ipsius supra jam lau- I. II. 5. davimus.

§. 13.

Omnium autem fusissime in hoc Commentationis **van der nere** versatus est **GERHARDUS van der MUELLEN**, **JCTUS Muellen**. Trajectinus, in sua Grotii editione in folio tribus Voluminibus adornata, quorum primum prodit Ultrajecti 1691. & 1696. alterum 1701. tertium 1704. Ejus de Origine Juris Naturæ dissertationem jam supra laudavimus, cui se I. I. 5. opposuerunt Alberti, de quo infra, & D. Simon Henri- I. V. 9. cus Musæus in Vindiciis Juris Naturæ paradisei, Ploenæ 1686. 8. Noster autem Musæo respondit in defensione dissertationis de Origine Juris Naturæ, Ultrajecti 1687. 8. cui Musæus reposuit responsonem ad defensionem disserta- tionis de Origine Juris Naturæ, Ploenæ 1689. 8.

MUSEUM priusquam linquamus, monendum hic erit, eum quoque dedisse Grotium de Jure Belli & Pacis casibus fictis illustratum, Kilonii 1689. 4. Van der Muelen autem, præter modo recensita, edidit elegantem de potestate circa Civium conscientiam Tractatum, de quo infra. Item dissertationem de ortu & interitu Imperii Romani, Ultrajecti 1698. 8. Item de Sanctitate Summi Imperii Civilis, Trajecti 1689. ubi tamen, Monarchomachorum principis quin faveat, parum abest.

§. 14.

Lentu-
lus.

CYRIACUS LENTULUS, Professor primum Herbornensis, deinde Marpurgensis, & Nassoviæ Principum & Comitum Historiographus, Grotium sibi sumvit supplendum, corrigendum, in eoque superflua & noxia rescindenda, methodo tamen arbitraria usus, in libro suo de Jure Belli & Pacis, qui primam Imperatoris sui constituit partem, quæ prodiit Herbornæ Nassoviorum 1664. 8. Alteram enim partem, quæ Marpurgi eodem anno 8. prodiit de Prudentia Militari prisci & recentioris ævi inscripsit, ubi Politicum magis agit, cum in Tractatu de Jure Belli potius ad Juris capita respexerit.

§. 15.

Kulpi-
sus.

Pressius Grotium sequitur JOANNES GEORGIVS KULPISIUS in XV. dissertationibus, quas Giessæ in Grotium habuit, & postea sub Titulo Collegii Grotiani elidit Francofurti 1682. 4. Prodiit quoque ex quarta editione Stutgardiaæ 1701. 4. Potiora capita in compendium redigit, multa tamen, quæ omissa videbantur, addit, ita, ut nec Epitomator, nec Commentator Grotii proprie dicendus sit.

§. 16.

Boeh-
mer.
IV. 1. 8.

Tandem huc faciunt JUSTI CHRISTOPHORI BOEHMERI, Politices & Eloquentiae Professoris Helmstadiensis
dispu-

disputationes XV. Grotianæ, quas respondentे Joachimo Grotii
Henrico Waltherus habuit 1703. præmisit quoque Pro- Com-
gramma de Grotii Opere & Commentatoribus. menta-

JOANNIS WOLFGANGI JÄGERI, Theologiæ tores.
Doctoris, Abbatis Maulbrunnensis, & Superintendentis I. V. 6.
Generalis, nec non Coniliatii Wurtenbergici, in Gro- I. VI. 9.
num. 10.
tium annotationes extant Tubingæ 1719. 8. II. IX. 1.

JOANNIS ARNDI specimen de Hugone Grotio a
Commentatoribus Juris Belli & Pacis aliisque immerito va-
pulante prodiit Rostochii 1712.

§. 17.

VALENTINUM quoque ALBERTI Professorem Lipsi-
ensem in Grotium Annotata dedisse, ex Puffendorfii scri-
ptis appareat, sed forsan illa faltem indigitat, quæ data
occasione Compendiœ suo Juris Naturæ, Theologiæ ortho-
doxæ conformato, inseruit.

JOANNES CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS &
SAMUEL RACHELIUS, Grœningio Schurzfleischioque te-
stibus, pariter in Grotium promiserunt Commentarios,
hucdum tamen nobis haud visos.

Latent quoque adhuc ineditæ JULII CHRISTOPHORI
SCHOMERI, Theologi Rostochiensis, Observationes ad
Grotium. JOANNES WERLHOFIUS, Juris Professor Helm- I. III. 18.
stadiensis, quoque Programmate quodam Disputationes in III. III. 4. 5. 6.
Grotium intimavit, quas an habuerit, ignoramus. III. IV. 28.

An vero illæ, quas Lipenius in Bibliotheca Philoso-
phica citat: CONRADI SAMUELIS SCHURZFLEISCHII
Notas in Grotium Vitebergæ 1674. 4. impressas: unquam
lucem aspexerint, vel faltem unquam a Schurzfleischio scri-
ptæ sint, merito dubitamus.

§. 18.

Huc etiam refero dissertationes Academicas, quas ad
singularia Grotii loca, variis Auctores conserpserunt. Non-
nullas ex iis recenset JOANNES ADAMUS GLAVEY in Bi-
blio-

Grotii
Com-
men-
ta-
tores.

- bliotheca Juris Naturæ & Gentium, voce Grotius, unde
eas, paucis additis atque mutatis, huc transfere licebit.
Sic ad PROLEGOMENA Grotii JACOBI SCHATTERI differ-
tatio de Natura Virtutis prodiit Argento-
rati 1649.
- ad L. 1. c. 1. §. 12. BERNHARDI WAGNERI de Consensu
Gentium ejusque usu in cognoscendo Jure
Naturæ Vitebergæ 1680.
- ad L. 1. c. 3. BERNHARDI SCHULTZEN de summo
Imperio Rintelii 1654.
- ad L. 1. c. 4. §. 3. ERNESTI SAMUELIS CYPRIANI de Jure
Regio Helmstadii 1699.
- ad L. 2. c. 1. JOANNIS JACOBI MULLERI de Occisio-
ne furis nocturni Jenæ 1697.
- ad L. 2. c. 2. §. 13. Ejusdem de jure Transitus per alterius
territorium ibidem eodem.
- ad L. 2. c. 4. JOANNIS WERLHOFII Vindiciæ dogma-
tis Grotiani de præscriptione inter gentes
liberas contra Petrum Puteanum 1696.
- ad L. 2. c. 5. §. 1. JOANNI JOACHIMI ZENTGRAVII de
Imperio parentum in liberos ejusque ju-
ribus Argentorati 1695.
- ad L. 2. c. 8. JOANNIS GEORGII SIMONIS Collatio
Justiniani cum Grotio super acquirendo
rerum dominio. Halæ 1695.
- ad L. 2. c. 10. NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI
lapsuum Grotianorum specimen.
Ejusdem extat series Operis Grotiani Jenæ
1688.
- ad L. 2. c. 12. §. 26. JOANNIS GEORGII KULPIS de circum-
ventione in contractibus licita Swobaci
1688.
- ad L. 2. c. 15. §. 16. CHRISTIANI THOMASII de Sponsione
Caudina atque Numantina Lipsiæ 1684.
- III. III. 9. ad L. 2. c. 18. §. 3. n. 2. JOANNIS CHRISTOPHORI DORN de
eo quod justum est circa Legationes assiduas
Jenæ 1716.

ad L.

- ad L. 2. c. 21. JOANNIS JACOBI MULLERI de Obligatione subditorum ex delicto summæ potestatis Jenæ 1689.
- ad L. 3. c. 3. §. 3. JOANNIS JACOBI MULLERI de jure feziali Jenæ 1693.
- ad L. 3. c. 4. §. 10. c. 11. §. 13. JOANNIS JOACHIMI ZENTGRAVII de cæde hostium captivorum Argentorati 1693.
- ad L. 3. c. 4. §. 15. Ejusdem de armis in bello illicitis.
- ad L. 3. c. 29. §. 31. Ejusdem quid in hostem aqua licet Argentorati 1657.
- ad L. 3. c. 22. JOANNIS GEORGII SIMONIS de fide minorum potestatum in bello Jenæ 1675.

GEORGII ADAMUM STRUVIUM quoque Grotii enucleati disputationem habuisse Jenæ 1660. 4. refert Historischer Schauspiel berühmter Staats- und Rechtsgelehrten. pag. 63.

Pos. IV.

Minorem utilitatem præbent, qui Grotii
Grotii de Jure Belli & Pacis opus in Epito-
epitomen contraxerunt, matores.

De KULPISSI Collegio Grotiano, superiori positione Tabulae
§. 15. & de LYNCERI serie §. 18. nec non de Tabulis Boë- in Gro-
clerianis §. 3. diximus. Extant quoque JOANNIS PHILIPPI tium.
MULLERI in Grotium Tabulae Francofurti 1664. & 1665. fol. impressæ, item JOANNIS PAULI OLIVEKRANTZ Tabulae in Hugonem Grotium de Jure Belli & Pacis Kilom-
nii 1688. fol. JACOBI THOMASII Tabulae Grotianæ ineditæ latent apud filium. Parum autem in hoc studii gene-
re Tabulis tribuentes, ad alios properamus.

§. 2.

Scheffe-
rus.

JOANNES SCHEFFERUS Argentoratensis, in Academia autem Upsaliensi Eloquentiae ac Politices primum, deinde Juris Naturae & Gentium Regius honorarius Professor, & Assessor Regii Collegii Antiquitatum, dupli nomine in hunc censem venit. Primo enim ejus habemus indicem in libros Grotii de Jure Belli & Pacis, scriptum in usum studiosorum, qui privatim eos audiebant explicari, a Clarissimo Boeclero Anno 1657. editum sine Auctoris nomine, Amstelodami 1670. & Jenæ 1673. recusum, Deinde exstat quoque ejus Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis in usum Gustavi Adolphi Comitis de la Gardie enucleatus, libellus doctrinam Grotianam succinctis thessibus complectens, Stettini 1693. 12. a Dethlevo Marco Friso editus, nec non a Friderico Augusto Hackmanno Helmstadii 1712. 8. De his & reliquis Schefferi Scriptis videatur fusissime ipse Schefferus in Suecia literata p. 297. editionis Mollerianæ Lipsiæ & Hamburgi 1698. & 1699. 8. & Mollerus in Hypomnematis ad Schefferi Sueciam literatam pag. 462.

Nota.

- Potiora ex iis sunt
- De Militia Navalium Veterum libri 4. Upsaliam 1651. 4.
- De Antiquorum torquibus Syntagma, Holmiam 1656. 8.
- Upsalia antiqua, Upsaliam 1666. 8.
- De re Vehiculari Veterum libri 4. Francofurti 1671. 4.
- Lapponia descriptio Francofurti 1673. 4. & Gallice versa Parisie 1678. 4.
- De Antiquis verisque Regni Suecia insignibus, Holmiam 1678. 4. ubi tres coronas contra Danos vindicat.
- Disputationes nonnullae, in quibus una de Jure Naturæ ejusque fundamento,

III. IV. 9.

§. 3.

Klenckius.

JANUS KLENCKIUS Philosophiae Professor Amstelodamensis in Institutionibus Juris Naturae & Gentium, Amstelodami 1665. 12. excusis, potiora Grotii capita per quaestiones

stiones proposuit, in ejus tamen mente assequenda parum interdum felix. Optime interim, cum prodiret, excipiebatur libellus. Mox autem sui amisit amatores. Jenet cum recudi curavit JOANNES GEORGIVS SIMON 1666. 12. annexa reperitur ejusdem Klenckii dissertatio de Civitatum mutationibus, sive de ortu & interitu Rerum publicarum, quem coevo magis fato, quam hominum culpe tribuit.

§. 4.

Simili fere ratione JOANNES HENRICVS SUICARVS, Suic Professor Tigurinus, Hugonis Grotii Jus Belli & Pacis iuris. Compendium redactum edidit Tiguri 1682. 12. ubi, tamquam Theologus, errores quoque Grotianos circa Theologica indicat. Repetita ejus fuit editio Tiguri 1689. 12. & 1694. 8.

§. 5.

Priores duos secutus JOANNES GEORGIVS SIMON Simona. edidit Grotium Erotematicum, sive Hugonis Grotii libros tres de Jure Belli & Pacis in quæstiones redactos, Lipsiae & Francofurti 1688. 8. Labor hic nascebat ex prælectionibus ejus ad Klenckium, quem, cum minus sufficientem animadverteret, sensum Grotianum melius sibi eruendum sumvit, huncque librum edidit, cui adjecit modo laudatam Klenckii dissertationem de mutationibus Civitatum.

§. 6.

Hunc tamen sicut reliquos facile superat PHILIPPUS VITRIAS. REINHARDUS VITRIARIUS, JCtus Heidelbergensis pri- rius. mum, mox Lugduno-Batavus, in Institutionibus Juris Naturæ & Gentium Lugduni 1692. 8. & postea saepius impres- sis, & in Germania cura JOANNIS FRANCISCI BUDDÆI 1701. 8. Halæ recusis. Vitriarius itidem per modum quæstionum in hoc libro, sua proponit, Grotii mentem felicissime assequitur, & diligenter alios Juris Naturæ Scriptores

inter se collatos allegat. Buddeus in sua editione adjectit Synopsin Juris Naturæ secundum disciplinam Hebraeorum ex Opere Seldeniano extractam, & historiam Juris Naturæ, in qua insimilis antiquiora ante Grotium tempora, hujusque studii facta eleganter persequitur.

§. 7.

Hedingerus. JOANNES REINHARDUS HEDINGERUS Professor Giessensis, Sicilimenta Philosophico-Juridica ex Grotio dedit, cum appendice in quatuor libros Institutionum, Giessæ 1699. 4. In Conspectu suo Jurisprudentiæ Naturalis Ulmæ 1697. 8. edito, methodo utitur Institutionum Justinianearum & Juri Civili Universali utilior viderur, quam Juri Naturæ, in specie considerato.

§. 8.

Guil. Ad compendia Grotii, aliis licet invitis, referunt non-Grotii nulli fratris ejus GUILIELMI GROTII de principiis Juris Naturalis Enchiridion, in quo multa omnino omisit, quæ in Opere fraterno eleganter deprehenduntur discussa; belli enim & foederum jura sicco præterit pede, subtilitatibus Juris Romani quandoque nimium inhæret, ingeniumque prodit rebus agendis, quam investigandis aptius, vique jure fraterni destitutum. Prædiit hoc ejus Enchiridion Hægæ Comitum 1647. 4. Notis autem illud illustravit GEORGIUS GOETZIUS, Antistes & Professor Jenensis, Jenæ 1669. & 1675. 12. & JOANNES GEORGIVS SIMON itidem Jenæ 1675. & 1681. 12. nec non JOANNES JACOBUS MÜLLERUS Jenæ 1696. 8. Scriptit Guilhelmus Grotius præterea de Jctis, quorum in Digestis extant nomina, Lugduni-Batavorum 1690. 4. item Introductionem in Praxin Belgicam Amstelodami 1665. 4.

Pos.

Pos. V.

Post Grotium omnium optime de
Jure Naturæ meritus est Samuel Puffen-
dorffius.

§. I.

Testatur hoc triplex ejus de Jure Naturæ labor, Ele- Puffen-
menta scilicet Jurisprudentia Universalis, majus de Jure dorffii
Naturæ & Gentium opus, ac denique de Officio hominis Vita.
& Civis libellus, ex quorum lectione & assidua cum aliis
collatione patebit, in hoc doctrinæ genere uberiorem ac
solidiorem post eum extitisse nullum. Tantum autem se
literato Orbi dedisse Virum, jure gloriatur Misnia. Natus
enim est noster Anno 1631. in pago Flöha prope Chemni-
tium, patre Elia, Verbi divini Ministro. Grimma eum
humaniora, Lipsia autem divinarum rerum cognitionem
docuit, quod tamen studii genus felicissimo successu cum
civili prudentia commutans, Jenam se contulit, hospitio
& institutione celeberrimi Mathematum Professoris, Erhardi
Weigelii, usus. Hinc Lipiam reversus 1658. a Coyeto,
Suecico apud Danos Legato, Hafniam evocatur, ut studiis
filiorum ipsius præcesset. Cum autem paucis post Puffen-
dorffii Hafniam adventum mensibus, Coyetus ob bellum re-
crudescerat Holmiam excurreret, Puffendorfum Hafniæ,
quæ obsidione a Suecis cludebatur, linquens, apud alterum
Legatum Sueicum, Baronem Stenonem Bielcke, ille ansa
arrepta, quod frater Esaias Puffendorf apud Suecos dege-
ret, custodia per octo menses detinebatur, exclusus ab
omni suæ effectu literaria & eruditorum confuetudine,
quem ut miseriarum sensum falleret, ea, quæ quondam
apud Grotium & Hobbesium legerat, nonnullis pro arbitrio
additis, nova digessit methodo, spretis vulgi voculis, ad-
hibitisque iis potissimum, quos a Weiglio didicerat, ter-
minis.

D 3

§. 2.

§. 2.

Puffen-
dorpii
Elemen-
ta.

Hunc laborem, Hafia 1659. dimissus, & brevi post ad Batavos delatus, amicorum hortatu Hagae Comitum 1660. 8. sub Titulo Elementorum Jurisprudentiae Universalis publici juris fecit. Diversa diversorum de libro extant judicia. Præstantiam arguunt iteratæ editiones Jenensis 1669. 8. Cantabrigensis 1672. 8. Francofurtensis 1680. & 1694. 8. ubi accessit Sphæra moralis. Sunt tamen, qui, Puffendorfio gloriam isto labore partam invidentes, WEIGELIUM potius hujus foetus parentem agnoscunt, in quibus est Sarcmasius, sive Schurzfleischius, p. 20. Certe Weigelio animum fuisse tale quid tentandi, patet ex ipsius fragmento Ethices Euclideæ, quod se in MSC. possidere ait Thomasius in Historia Juris Naturalis p. 93. Alii primas hujus scripti lineas fratri Esaiæ Puffendorfio tribuere malunt, quod facit Autor Elogii Esaiæ Puffendorfii. Erat autem Esaias, nostro ætate major, & Regis Sueciæ Consiliarius, & III. III. 14. ad Galliarum Regem Legatus, postremo autem Danorum Regis Consiliarius. Prodierunt ejus Opuscula cura Joannis Petri Ludovici, adjecta ejusdem dissertatione de jure Anglo-rum in Galliam Halæ 1699. 8. Alii adhuc Puffendorfium nostrum Elementorum quidem Autorem agnoscunt, sinistre autem de iis sentiunt. In iis est Boeclerus. Vix ferri potest fastus & maledicuum, tantoque Viro indignum scribendi genus, quo Puffendorfium prosequitur in literis ad Boineburgium, Cancellarium Moguntinum, quas exhibet Grossingius in Bibliotheca Juris Gentium Europæa p. 292. sq. Certe longe melius de eo senserunt Conringius, & ipse Boineburgius, utpote qui, ex ungue cognoscens leonem, nihil dubitavit, quin ipsi spartam conscribendi corpus quoddam Jurisprudentiae perpetuæ absolutum demandaret. Ipse quoque Carolus Ludovicus, Elector Palatinus, cui Puffendorfius librum inscriperat, non modo clementissime ad Autorem rescriptis, sed dignum etiam judicavit, quem, in Academiam suam Heidelbergensem accersitum, Professioni Juris Naturalis & Gentium, in Germania antehac inauditæ,

1661.

1661. præficeret, & cui Principem juvenem his studiis imbuendum 1667. traderet. Hinc, fama indies aucta, Londinum Scaniæ 1668. evocatus, eandem spartam ornavit, usque dum Holmiæ Secretarii Status, Consiliarii Regii ac Historiographi munus obtineret. His officiis egregie functus, tandem Consiliarius intimus Electoris Brandenburgici evasit, quibus honorum fastigiis Suecorum Rex 1694. Liberi Baronis dignitatem adjecit, qua tamen vix impetrata, eodem anno, ætatis 63. Berolini diem obiit supremum. Fallo perhibent nonnulli, Puffendorfium persecutionum, quas nimia ab eo in historia sua Brandenburgica adhibita sineeritas attraxerat, pertæsum, Sueciam repetuisse, & in hoc itinere fuisse mortuum. Eum tamen paulo ante obitum in Sueciam ut rediret, a Suecorum Rege sollicitatum fuisse, pro certo asserit Augustinus Lyferus de Variationibus & Retractionibus J. Ctorum Helmstadii. 4. p. 25. Ipsa Puffendorfii Vita omnium optime ex ipsius literis & scriptis colligi, potest. Addi poterit *denckwürdige Lebens-Memoire des Herrn Samuel von Puffendorffs*, subjuncta versioni Germanicæ Monzambani; item JOANNIS PETRI LUDEWIG Oratio de Vita Puffendorfii. Idem Ludwig in seiner *Anworte auf Tobie Pfanners veranlaßtes Bedencken* de principio fidei historicæ Hdk 1698. 8. in præfatione p. 7. testatur Puffendorfium juvenem adhuc, famam ut sibi acquireret, Joannem Taborem J. C. tum vellicandum sibi proposuisse, at-tamen, Tabore vivis exempto, ab hoc proposito destitisse.

§. 3.

Ad majus suum de Juræ Naturæ & Gentium opus con-Puffen-scribendum primum appulit animum Puffendorfius noster, dorfi quod in Elementis suis Jurisprudentiaz universalis, in ju- opus ventute conscriptis, plurima vel plane omissa, vel ita tra-majus. Etata deprehenderet, ut accuratori lima opus habere vide-rentur. Accedebant monita Boineburgiana de conscriben-do systemate Juris Naturalis, Heidelbergam 1663. ipsi trans-missa, quibus aliqua ut ratione satisfaceret, de Jure Naturæ & Gentium libros octo edidit Londini Scanorum 1672. 4.
recut

recusos Francofurti 1684. 4. & cum Annotationibus. JOANNIS NICOLAI HERTII Francofurti 1706. 4. Angli illi los in vernaculam suam transferri, atque semel intermixtis typis mandari curarunt. Optima editio prodiit sub Titalo Puffendorf's Lavy of Nature and Nations Oxford 1711. foli Gallico autem idiomate elegantissime eos donavit notisque illustravit JOANNES BARBEYRAC, natione Gallus, ac propter religionem exul, primum in Gymnasio Berolinensi post Juris & Historiarum Lausannæ, nunc, itidem Juris in Grœningensi Academia Professor. Excusa est hæc ejus versio Amstelodami 1706. 4. 2. Voluminibus, ubi in prefatione Vitam Puffendorfii leviter attingit, & repetita Amstelodami 1712. 4. ubi accessit Barbeyraci Oratio de Dignitate ac utilitate Juris & Historiarum, & utriusque disciplina amica conjunctione.

Nota.

II. VII. 50

Eiusdem Barbeyraci Gallica extat versio dissertationis de potestate Principum, & libertate conscientia Gerhardo Nodt, Auctorecessore Lugdunensi, scripta Amstelodami 1707. 12.

Eiusdem Tractatus Gallicus de Ludis; Traité du Jeu, Amstelodami 1709. 8.

Eiusdem Oratio de Magistratu fortiter peccante & pulchris faciis non traducendo, Grœningæ habita, & recensua Tubingæ 1724. 4.

Germanice Puffendorfianum opus pariter ac notas Hertii & Barbeyraci vertit IMMANUEL WEBERUS Juris apud Giessenses Professor Francofurti 1711. 4. Atque summo cum applausu sanores omnes hunc exceperunt Puffendorfi laborem, cui tamen præter meritum adversa quoque experiri fuit in fatis. Nam Jesuitæ Viennenses non tantum ab Imperatore, sed Lipsienses quoque Theologi a Saxonum Electore, ut liber iste prohibitis accenseretur, vendique prohiberetur, impetrarunt. Licet enim Puffendorfius saepius monuisset, se, revelatione tantisper seposita, non solis Christianis, sed ad captum omnium gentium, omniumque religionum scripsisse, non tamen potuit impedire, quin illorum

illorum in se concitaret Theologorum turbam, qui optima quæque, tantum non ab ipsis ipsorumve more prolata, protinus heretica clamitant, eoque nomine proscripta cipiunt. Nihil secus superior certamine cum ipsis difcessit noster, & auxerunt magis quam diminuerunt famam fortunamque ejus adversarii, quos ordine nunc persequemur singulos.

§. 4.

Controversiarum fecit initium **Josua SCHWARTZ**, Doctor Theologiz, cuius Vitam Puffendorfius in eius, praefatione Speciminis Controversiarum breviter ita narrat, eum ex Academia Vitebergensi & itinere Batavo-Anglico-Gallico in patriam, quæ ipsi Casubiz pagus contigit, reducem, inde ob turbas datas Gedanum profugum, neque ibi satis tutum, Holmiam penetrasse, ibique Concionatoris Teutonici munus frustra ambiisse, illud tamen, cum de instituenda Academia Carolina ageretur, Londini Scanorum cum Extraordinarii Professoris Titulo obtinuisse, usque dum ordinaria in Theologia Professio ipsi demandaretur. Hic itaque, Collegæ suò Puffendorfio maculam aspersus, indicem composuit Novitatum quarundam, a Puffendorfio in libro de Jure Naturæ & Gentium contra orthodoxiam divulgatarum, cuius quidem impressionem ipse non curavit, Beemano, de quo mox videbimus, tela subministrasse contentus, in primis tum publica auctoritate ipsi imponeretur silentium, quod tamen ut teneret, tantum absuit, ut potius Puffendorfium e suggestu pariter ac cathedra Academica, dissimulato quidem nomine, sepius instaret. Patet id ex duabus Schvvartzii dissertationibus de Notis veri falsique Doctoris, quarum posterior cum habetur, fama erat, ipsum Puffendorfum Schwartzio oppositum fore, qui tamen brevem dissertationis hujus refutationem imprimi, eamque sub disputationis finem auditoribus distribui, satius ducebat. Inseruit Puffendorfius illam refutationem Dissertationi Epistolice, quam sub Josue Schvvartzii nomine 1688, ad Severinum Wildschyllum per-

scripsit, Schwartzius tandem, quod in bello Suecico Suecos pro concione hortatus esset, ut Danie Regi homagium praefarent, Suecia aufugere coactus, Superintendentem Generalem in Ducatu Slesvicensi egit. Plura vide §. 12.

§. 5.

Becman-

nus. Pergo itaque ad alterum Puffendorfii adversarium, & Novitatum indicis Schwartziani editorem, NICOLAUM BECMANNUM, Heida apud Dithmarsos oriundum, qui, Marpurgi studiorum fundamentis jactis, Parisios abiit, ibique medullam suam Justinianeam, Marpurgi jam compilatam, edidit, & brevi post Aurelii Juris Doctor creatus, in recens instituta Academia Carolina, sive Londinensi, Professionem Iuris Romani natus est, ubi sub initium ipsi cum Schwartzio de precedentia intercessit controversia, utpote cui tanquam Professori extraordinario, loco cedere solebat. Cum autem Puffendorfum collegam acciperet, eumque loco salarioque splendidiore gaudentem, emulatione inter eos orta, iniit consilium edendi indicem illum Novitatum, quod cum in Scania facere non auderet, misit eum Giessam, ubi cura ipsius, nullo quidem nomine apposito, imo inscio, ut volunt, Schwartzio 1673. 4. prodiit. Becmannus interea rem a Puffendorfio ad magistratum delatam animadvertisens, Holmiam abit, muneric missionem petens, quam tamen priusquam impetraret, MSto ejus Holmiae coram magistratus a Puffendorfio prolatu, jubentur lictores in euceret, rapere Becmannum, quare, fuga sibi consultata, optimum ratus, nocte Holmia sub nomine Comitis cuiusdam abit Hafniam, Puffendorfumque in duelum, Hamburgi subeundum, literis provocat, quibus iterum in Consistorio Academicu prolati, itaque despuper sententia, veniam promittitur Becmanno, dummodo deprecatione placaret Puffendorfum, quam tamen gratiam, tantum aberat, ut amplecteretur, ut potius impudentissimas literas ad Consistorium Academicum daret. Qua quidem re effecti, ut 1675. sententia in foro publico promulgata, Novitatum index per carnifices combureretur, ipsaque Becmannus, mune-

munete exutus, cum infamia relegaretur. Puffendorfius interea calamo potius, quam gladio pugnare cupiens, Novitatum indicí opposuit Apologiam pro se & suo libro adversus Autorem famosi libelli cui Titulus Index Novitatum, Germanopoli seu potius Lipsiae 1674. 4. Hac re magis adhuc iratus Becmannus, in Stiriam interim profugus, ac Pontificiorum sacra amplexus, superveniente Danorum in Sciam irruptione, affinem suum, cohortis optionem, subornavit, ut Puffendorfium cum uxore & liberis trucidaret, cumque successus votis non responderet, defensionem suam Becmannus, novumque sub nomine **VERIDICI CONSTANTIS** 1676. disseminavit famosum libellum, in quo inter alia Sodomia & Adulterii incusat Puffendorfium, sed respondit Puffendorfius in Epistola ad amicos suos per Germaniam, quæ annexa reperitur Specimini Controversiarum, Osnabrugæ 1678. 8. edito, & extat etiam in Eride Scandica, sed mutilata, multisque studio omissis. Reposuit quidem Becmannus legitimam defensionem contra Samuelis Puffendorfi execrabilis ficticiasque calumnias 1677. at refutatur illa

1. ab ipso Puffendorfio in Epistola hoc Titulo edita : **PETRI DUNAEI**, p. t. in Academia Carolina Pedelli secundarii, epistola ad Virum famosissimum Nicolaum Becmannum. 1677.
2. a **JOANNE ROELETO**, sub quo latet **KLINGERUS**, juris Candidatus, Jenæ propterea, Vethemio urgente, in carcere detrusus, in discussione calumniarum, quas absurdissimas de Puffendorfio sparxit Becmannus 1677.

§. 6.

Porro calamus in Puffendorfium strinxit **FREDERICUS GESENIUS**, Garlebiensium præsul, dupli nobis nomine nius. notandus. Primum enim Puffendorfium nostrum Autorem suspicatus Discursus Politici de Polygamia, sub nomine **SINGERI WAHRENBURGII** (contra Epistolam Balthasaris Menzeri de divorcio Holmiz conscriptam) editi, aliud ipsi

Conf. s.s.

hoc rubro opposuit scriptum : CHRISTIANI VIGILLI Germani ad Sincerum Wahrenbergium Suecum dissertationem super Polygamia simultanea Germanopolis 1673. 4. cumque Puffendorfius in Apologia modo citata quædam regereret, prodiit anno sequenti 1674. Samuelis Puffendorfii iniquitas contra Jus Naturæ, inque illius scrutinio infelicitas ostensa per Fridericum Gelenium 1674. 4. Utrique una cum aliis adversariorum scriptis respondit Puffendorfius passim in scriptis suis polemicis mox recensendis, in primisque in Epistola ad Scherzerum, de qua §. 8. Certe in eo, quod Puffendorfio illum de Polygamia discursum adscripsérat Gelenius, valde eum fuisse deceptum, nemo amplius dubitat, quis autem sub Wahrenbergii nomine lateat, haud ita expeditum videtur.

Nota.

Volgo quidem JOANNI LYSERO, Rectori, ni fallor, Sprotenhi, hunc laborem tribuunt, quod tamen ut faciam, adduci vix possum. Novi quidem Lyserum duplitem de Polygamia discursum edidisse 1.) Latinum sub nomine THEOPHILI ALEXANDRI 1674. 2. altera vice auditus secundum Friburgi 1676. 3. 2.) Germanicum sub nomine J. L. in forma colloquii inter Monogamum & Polygamum 1676. 4. quorum prior refutatus fuit a JOANNE MUSAZO Theologo Jenensi peculiari dissertatione 1675. 4. & SEVERINO WALTHERO SCHLUTERIO Theologo primo Rostochiensi, post Corciovato Aulico Danico, in Theologischen Gedanken von der Polygynie Rostock 1677. 8. Posterior sub examen vocatur a GARNALDO FELTMANNO, JCro Groningensi, in Tractatu Germanico de Polygamia, Lipsiae 1677. 8. (Plures Lyseri refutatores vide apud Struvium in Bibliotheca Juridiga cap. 13. §. 45. p. 182.) Neque me fugit Lyserum publice Suecia expulsum, scriptisque publicis a carnifice exultis, justas nefandorum dogmatum dedisse penas, eumque nihil facius virus suum latius sparsisse, edito scandaloso illo scripto, quod sub nomine Polygamia Triumphatricis THOMAS HORNUS ALEXANDRI cum Notis Athanasi Vincentii Londini Scanorum 1682. 4. impressæ circumfuerit. Ne tamen pro eodem eum cum Sincero nostro Wahrenbergio habeam Autrem, adducit me Schlutesus, qui in Tractatu modo laudato p. 63. afferit, se ex ore Lyseri percepisse, latere sub Wahrenbergii nomine Secretarium quendam Comitis a Königsmarck, simulque addit.

dit D. BALTHASAREM MENTZERUM scriptis hanc
Bedencken über Singeri Wahrendbergs Gespräch von der Poly-
gamie. Aliam adhuc de Wahrenbergio opinionem sive
Puffendorfius in dissertatione epistolica, quam sub nomine Ioseph
Schwartzii ad Severinum Wildsbynum 1688. scripsit, ubi
sub hoc nomine quendam Holmiae Doctorem Medicum latere
putat. Quomodoenque se res habeat, ex collatione appareret,
Wahrenbergii scriptum aliquot annis esse antiquius illo Lyseri,
qui Wahrenbergium pariter ac Puffendorfii Jus Naturæ &
Gentium diligentias exscriptas.

§. 7.

Devenio ad VALENTINUM VELTHEMIUM, qui non Velthe-
modo in Introductione sua in Grotium superius recensita, mihi.
& in Oratione de Laudibus Scholasticorum Jenæ habita; se
Puffendorfii adversarium professus est, sed etiam peculiares
duas dissertationes contra eum scripsit hoc Titulo: Vera
& genuina fundamenta Juris Naturæ contra Puffendorfium,
Jenæ 1674. 4. Satisfecit autem his omnibus Puffendorfius
cum in Epistola ad Schertzerum, de qua mox, tum in Spécime-
nione Controversiarum per 157 nec non in appendice ad decem
dissertationes suas academicas 1677. edicas, & ROLLETUS
in scripto contra Beumannum.

§. 8.

Neque ultimo inter Puffendorfii Adversarios loco ponit Schert-
meretur IOANNES ADAMUS SCHERTZERUS, Theologiezerus.
Doctor & Professor Lipsiensis. Is enim primus disseminasse
creditur calumniam, ac si Puffendorfius politicum de Po-
lygamia scripserit discursum. Præterea simul ac Schwartzii
Index Novitatum Puffendorfianarum lucem adspicerat,
Schertzerus eum eodem adhuc anno 1673. Dresden militit,
atque a Serenissimo Electore impetravit, ut Puffendorfianum
opus in Saxonia vendi prohiberetur. Id quod ansam
dedit Puffendorfio scribendi ad Schertzerum Epistolam, quæ
prodiit Hardenvici 1674. 4. Ipse Schertzerus haud respon-
dit, ob rescriptum a Saxorum Electore impetratum, quo,
etiam si a Puffendorfio provocaretur, controversia huic se
E 3 immi-

immiscere prohibebatur. Quare Gesenius a Schertzero instigatus, sub nomine CHRISTIANI VIGILIS opposuit Christianam benedictionem, adversus impiam & immanem maledictionem Samuelis Puffendorfi, in Epistola ad Joannem Adamum Schertzerum adhibitam, Germanopoli 1675. 4. Cumque Schertzerus in Collegiis suis Puffendorfum sugillare, ejusque doctrinam Auditoribus exosam reddere pergeret, ille ad ea, quae rescivit, respondit in Specimine Controversiarum & alibi passim.

§. 9.

Alberti. Schertzeri vestigia pressit affinis eius **VALENTINUS ALBERTI**, Logices ac Metaphysics, ac tandem Theologiae Professor Lipsiensis. Is enim in Compendio suo Juris Naturalis, orthodoxæ Theologiae conformato, Lipsiæ 1676. & 1678. 8. edito, in eo potissimum a Puffendorfio dissentiebat, quod Jus Naturæ non ex natura hominis corrupta, sed statu integratæ derivandum putaret, cumque Puffendorfius denuo hanc refelleret opinionem in Specimine Controversiarum contra Jus Naturæ sibi motarum, Osnabrugæ 1678. 8. edito, Albertus iterum opposuit Specimen Vinciarum contra Puffendorfium Martisburgi 1678. 8. Juste ad id respondet Puffendorfius in Spicilegio Controversiarum 1680. 8. Regerit quædam Albertus in Parænesi ad studiosam juventutem in causa Puffendorfiana, Francofurti 1681. 4. impressa, Puffendorfium vindicat **RONDINUS**, de quo §. 12. in dissertatione epistolica super Controversia Puffendorfii, Hamburgi 1684. 8. contra quam defensionem scripsit Albertus. Hanc autem excusit Puffendorfius in Eride Scandica, sive Tractatum contra adversarios polemicorum Sylloge, Francofurti 1686. 4. Speciamque in præfatione ejus sub JULII RONDINI nomine scripta, in qua etiam Seckendorfio, Status Ministro, & Cancellario Naumburgensi (qui rejecto Puffendorfiano socialitatis principio, quod antea *im Entwurff des Natürlichen Reches* commendaverat ipse, nunc in additionibus *seines Christen-Straats* ad L. 3. c. 8. §. 6. Alberti præferebat sententiam) festive respondit. Puffendorfium.

dorfium virulento stylo at infelici successu perstringit, Seckendorfium vindicaturus, **TOBIAS PRANNERUS** in scripto anonymo, hoc rubrum præferente: Samuel Puffendorfius modestia castigatione admotus 1687. 4. conf. §. 12. Pariter etiam Albertus Puffendorfium refutat simulque omnia scripta pro se edita collegit sub Titulo: Eros Lipsicus ad Seckendorfium scriptus Lipsiae 1687. 4. qui quidem liber ansam præbuit Puffendorfio edendi Commentationem super invenusto Veneris Lipsicæ pullo. contra Alberti, Francfurti 1688. 4. ad quam alia atque alia monere voluit Alberti in Epistola ad Vitum Ludovicum a Seckendorff, commentum Samuelis Puffendorfii de invenusto Veneris Lipsicæ pullo refutante, & una cum ipsius Seckendorfii Notis & animadversionibus quibusdam in Puffendorfii Eridem impressa Lipsiae 1688. 4. Refutat hanc Alberti Epistolam Puffendorfius in Epistola sub Josuæ Schwartzii nomine ad Wildschyllum data, de qua §. 12.

Nota.

Ex reliquis Alberti scriptis, huc quidem non spectantibus, commemorare liceat dissertationem ejus de Jure Naturæ Paradisiaco, oppositam Gerhardo van der Muelen, Lipsiae 1695. 4. & Interesse præcipuarum Religionum Christianarum, Lipsiae 1683. & 1695. 12. & Germanice, ibidem 1686. 1689. & 1703. 12. Item dissertationem de Cartesianismo & Cocceianismo, Lipsiae habitam, & in Belgio recusam.

Pergimus ad **JOANNEM JOACHIMUM ZINTGRA-ZENTVIUM**, Philosophiae Practicæ, & deinde Theologiae Progravius. fessorem Argentinensem, cuius sequentia scripta notentur.

De Origine, Veritate & immutabili restitudine Juris Naturalis secundum disciplinam Christianorum, Argentorati 1678. 8. qui liber ex dissertationibus Academicis coaluit, & paßim Puffendorfium reprehendit. Citayimus eum jam supra I. I. 5.

Specimen doctrinæ Juris Naturæ secundum disciplinam Platonicam, Argentorati 1679. 4.

Origi-

Origines Juris Naturæ contra Puffendorfium & Strimesium, Argeotorati 1681. 8.

Vindiciæ Originum oppositæ Puffendorfia & Strimesio, Argentorati 1681. 8. Puffendorfum contra eas defendit RONDINUS de quo §. 14.

Disquisitio de Origine, Veritate & Obligatione Juris Gentium. 1684. 8.

Summa Juris Divini, sive Isagogica institutio doctrinæ de Justitia & Jure. 1699. 8.

Dissertationem ejus de armis in bello prohibitis laudabimus infra.

Quæ contra Puffendorfium attulit passim, refutantur in Spicilegio controversiarum Puffendorfianarum 1680. 8.

Nota.

Vitebergæ dum hæceret Zentgravius, dissertationem scripsit¹ de tactu Regis Franciæ, quo strumis laborantes restituuntur 1675. 4.

Dissertationem de libertate religionis, aliaque ejus scripta commemo-
randi alibi sese offeret occasio.

M. VII. 8.
I. III. 18.
III. II. 3.
III. IV. 12.
15. 21.

Strime-
sius.

I. VIII. 6.

Francofurti item movit Puffendorfio, SAMUEL STRIMESIUS, in Academia, quæ ibi floret, Professor, tum in Praxiologia sua apodictica contra Hobbiūm, Francofurti 1677. edita, de qua infra dicetur, tum in libro quem Origines morales inscripsit, Francofurti 1679. 8. Respondit ipsi Puffendorfius in Spicilegio Controversiarum contra Jus Naturæ, Francofurti 1680. 8. cui opposuit Strimesius Epicrisis in Puffendorfii Spicilegium controversiarum, Francofurti 1682. 8. quam examinat JULIUS RONDINUS, de quo §. 14.

§. 12.

Claudat agmen adversiorum Puffendorfii SEVERINUS WILDSCHYSSIUS, privignus illius, a quo cooperamus, JOSUUS

Josuæ Schwartzii , nisi forsan male eos sejungi dicas. Ipse enim Schwartzius , mutuato taltem privigni nomine , scripti Wildschyssiani Autor putatur , quod tamen , cum sine iis , quæ hucdum diximus , intelligi nequeat , hic demum recensendum venit . Inscribitur illud discussio calumniarum Samuelis Puffendorfii , indicis errorum suorum causa Venerabilis uni Viro indignissime impositarum , instituta per Severinum Wildschyssium , Slesvici 1687. 4. Nihil autem præter intempestiva Schwartzii encomia continet , quare ludi brius , jocis ac risibus pro merito illud exceptit , si recte conjicio . GOTTLIEB TITIUS Lipsiensis , simulans , ac si Becmanni nomine Wildschyssio gratularetur . Satyra ipsius lectissima prodiit sub Titulo : Nicolai Becmanni Epistola gratulatoria ad Severinum Wildschyssium de devicto Puffendorfio , Hamburgi 1688. 4. ubi & Pfanneri scriptum s. 9. recensitum perstringitur . Ipse etiam Puffendorfius discussioni huic Schwartzio-Wildschyssiane opposuit Satyram hoc Titulo : Josuæ Schwartzii dissertatio Epistolica ad Severinum Wildschyssium , privignum suum , Slesvici 1688. 4. Reponit Valentinus Alberti judicium de dissertatione Epistolica Josuæ Schwartzii , Lipsiæ 1688. 4.

Forsitan etiam huc spectant sequentia , nobis haud visa .

Henricus Cornelius Agrippa pro Puffendorfio Francofurti 1688. 4.

Samuelis Puffendorfii Epistolæ duæ de Censura in Ephemeridibus eruditorum Parisiensibus Lipsiæ 1688. 4.

§. 13.

Studio præterimus eos , qui supersunt , Puffendorfii ad Puffenversarios v. c. WINSTRUPIUM , Scaniæ Episcopum , a dorfi Schwartzio & Becmanno in partes tractum , SLEVOCTIUM Adversensem , qui in somnis , quæ in Parnasso vidiit , Puffen-sarii. dorfium adortus , HARTUNGUM , Diaconum Vitebergensem , qui neque in Cathedra Sacra Puffendorfiano nomini pepercit , tribuens mortem Melancholici cujusdam , laqueo se suffocantis , libro Puffendorfiano de habitu religionis , quem Autocheir ille secundum gerere consueverat . Hi enim tantas

cantas non excitarunt turbas, sed in ipso prima oppressi sunt herba.

§. 14.

Puffendorfii Polemicis. Atque sic satis superque constabit de scriptis Puffendorfii Polemicis, ex quibus in primis notentur ea, quæ pluribus conjunctim fuere opposita. Referantur huc ex hacemus allatis

Appendices ad dissertationes Academicas, quæ prodierunt Londini Scanorum 1675. Upsaliae 1677. 8. Francofurti & Lipsiae 1678. 12.

Specimen controversiarum circa Jus Naturæ ipsi motarum, Upsaliae & Osnabruca 1678. 8.

Spicilegium controversiarum contra Jus Naturæ, Francofurti 1680. 8.

Julii Rondini dissertatio Epistolica super controversia Puffendorfii de Jure Naturæ, Hamburgi 1684. Late creditur sub Rondino ipse Puffendorfius, alii autem ROLLETUM, five KLINGERUM, de quo supra §. 9. hac larva tegi malunt. Refutantur autem in hac dissertatione Albertus, Zentgravius & Strimesius, ceu ex superioribus jam constat.

Eris Scandica, seu Tractatum contra adversarios, Beermannum puta, Velthemium, Gesenium, Alberti, Zentgravium &c. Polemicorum Sylloge Francofurti 1686. 4. Adjecta etiam reperitur Operi majori Puffendorfiano de Jure Naturæ & Gentium. In hac Sylloge repetita deprehenduntur pleraque ex Specimine Controversiarum, multa autem, in primis quæ Scherzerum tangunt, ob pacem, inter eos initam, studio sunt omissa. Cunctæ vero, quæ in Eride continentur scripta, hoc se excipiunt ordine.

Puffendorfii Apologia adversus indicem novitatum.

Ejusd. Epistola ad Scherzerum.

Ejusd. Epistola ad amicos.

Dunæ Epistola ad Beermannum.

Rolleri discessio ealumniarum & Scharschmidius vapulans.

Puffendorfii Specimen Controversiarum:

Ejusd.

Ejusd. Spicilegium Controversiarum. Rondini differatio Epistolica. Puffendorfius de invenusto Veneris Lipsice pullo.

§. 15.

Expositis nunc iis, quæ circa adversarios Puffendorfii Puffenmonenda erant, pauca adhuc dicenda restant de Compendiorum de diis nonnullis, ex Puffendorfiano Opere natis. Sic enim la. offic. tinum quoddam Compendium Jurisprudentiae Universalis ex Hom. & Samuelis Puffendorfii Opere de Jure Naturæ & Gentium Civis. extractum prodiit Francofurti 1694. & 1699. 12. In Anglia ejusque glia SPAVAN quidam edidit Puffendorf's Law of Nature Com- and Nations faithfully abridged, duobus Voluminibus 1716. mentar. 8. Omnibus autem præstat libellus, quem ipse Puffendorfius ex Opere majori extractum de Officio-Hominis & Civis inscripsit. Prodiit ille primo omnium Londini Scanorum 1673. 8. recusus Hamburgi 1684. & 1706. 12. & Francofurti 1719. 8. & alibi sèpius. Estimatur præ ceteris editio Holmiensis 1701. 12. tum, quod ibi summaria capitum pariter ac in aliis editionibus reperiantur adjecta, tum quod præmittatur JOANNIS GROENINGII Historia Juris Naturæ & Gentium. In Anglia Anglice prodiit sub Titulo Duty of Man and Citizen, London. 8. Germanice versus extat sub Titulo Einleitung zur Staats- und Sitten-Lehr, oder Vorstellung der schuldigen Gebühr aller Menschen, und insondereheit der Bürgerlichen Staats-Vervvandten, Leipzig 1702. 12. Au- tor versionis est IMMANUEL PROFEUS, qui etiam notas adjecit. Gallice hunc libellum versum, notisque illustratum dedit supra §. 3. laudatus BARBEYRAC sub Titulo: Devoirs des Hommes & des Citoyens suivant la loy naturelle, Amstelodami 1707. 8. & quarta jam vice ibidem 1718. 8. ubi LEIBNITZIUS de Opusculo ejusque notis ac- cessit judicium. Ipsi textui Latino notas suas subjecit IM- MANUEL WEBERUS, Doctor & Professor Gieffensis, Francofurti 1706. & 1719. 8. una cum Monitis Apologe- ticas ad Epistolam, qua G. Leibnitzius principia Puffendor- fiana obelo notare voluit. Separatim vero Observations

in hunc de Officio Hominis & Civis libellum, tanquam pro-
tromum Operis majoris dederat GOTTLIEB GERHARD
TITIUS, Juris Professor Lipsiensis, Lipsiae 1703. 12.
quas postea pariter textui subjici curavit Lipsiae 1715. &
1722. 8.

ANDREAS ADAMUS HOCHSTETTER US, Theologiz
Professor Tubingenis; postea vero Censorialis; & Con-
cionator Aulicus Stutgardensis, Tübingen 1700. XII. Exer-
citationibus hunc libellum illustravit, easque postea sub
Titulo Collegii Puffendorfiani super libris duobus de Officio
Hominis & Civis edidit Tübingæ 1710. 4. accessit Hoch-
stetteri dissertatio de Jure poenarum.

III. IV. 21. *Aliam ejus, dissertationem de prelio redemptionis memorabile
mus infra.*

J. RUDOLPHUS a WALDKIRCH Annotationes in
Puffendorfium de Officio Hominis & Civis dedit Basilea
1711. 8.

DINTERICUS HERMANNUS KEMMERICHIIUS, pri-
mum in Gymnasio Erlangensi, postea in Brandenburgensi,
nunc tandem in Academia Vitebergensi Juris Doctor &
Professor edidit Puffendorfium enucleatum, seu Elementa
Iuris Naturæ & Gentium, per modum Observationum ad
Samuelis Liberi Baronis de Puffendorff librum de Officio
Hominis & Civis, succinctis positionibus tradita, adiectis
capitibus Juris publici Universalis & Juris Gentium a Puf-
fendorfio omissis Lipsiae 1716. 8.

III. II. 1. Sic etiam GOTTLIEB SAMUELIS TREUERI Annotationes ad Puffendorfium de Officio Hominis & Civis prodierunt Lipsiae & Guelpherbyti 1717. 8.

Nuper demum JOANNES HENRICUS ROTHERUS,
Consiliarius Commissionum Saxonicus, dedit Examen Juris
Naturæ & Gentium Puffendorfianæ per quæstiones & re-
sponses Lipsie 1723. 8.

1044

JOANNEM quoque LEHMANNUM , Moralium Professorē Jenensem , Notas ad Puffendorfium dedisse ferunt.
De Wernheri Notis vid. I. VIII. 1.

Nota.

Ejusdem Lehmanni Tractatus de Jure Legatorum occurret infra , nec III. III. 11. non ipsius Trutina , vulgo bilanx Europæ , norma belli pacisque III. IV. 8. hactenus a summis Imperantibus habita.

§. 16.

Hæc fere sunt scripta Puffendorfiana , quæ ad Jus Na- Puffen-
turæ & Gentium inprimis spectant. Addere liceat duo dorfii
alia , quæ indirecte huc facere videntur , unum de habitu scripta
religionis Christianæ ad Vitam Civilem , de quo plura vi-
deantur alibi . Alterum erit Puffendorfii jus feciale divi- II. VII. 11.
num , seu exercitatio posthumæ de consensu & dissensu Pro- I. V. 13. .
testantium , Lubecæ 1695. 8. Scopus hujus laboris , cui
Autor diebus dominicis horas nonnullas impendebat , hic
præcipue erat , ut solide evolueret , utrum inter Lutheranos
& Reformatos unio speranda esset , atque ut hinc Systema
Theologiaz , quam articuli fidei ingredcentur omnes , & in
quod utraque pars conspirare posset , contexeret. Cum au-
tem data occasione de natura moralitatis , atque aliis ma-
teriis incidentibus differeret , neque tamen proposita arri-
derent omnibus , D: JOANNES WOLFGANGUS JAEGE-
RUS , tunc Abbas Maulbronnensis , postea Copiliarius Du-
calis Wurtenbergicus , Consistorii Assessor & Superinten-
dens Generalis , ansam arripuit scribendi Jus Dei fœderale ,
in quo ad placidum exāmen revocabat Puffendorfii Jus fe-
ciale divinum , Tubingæ 1698. 8. Puffendorfium autem vin-
dicaturus , J. B. ETTEHUSIUS quidam scripsit Epistolam
ad Rechenbergium , Professorem Lipsiensem , contra exā-
men Jægeri in Puffendorfii Jus divinum feciale , Magdebur-
gi 1698. 8. Latet autem sub Ettenhusii nomine JOANNES
BALTHASAR WERNHERUS , tunc Lipsiaz degens , post-
ea Mathematicum , ac tandem Juris Professor Vitebergensis.
Huic Jægerus opposuit Epistolam Apologeticam ad Faculta-
tem

tem Lipsiensem contra J. B. Ettenhusium, Tübinger 1699. 8. quam acerbe nimis multisque scommatibus exceptit Ettenhusius, in Epistola Antapogeticæ ad Michaelem Foertschium, Theologum Tubingensem, pro illustris Baronis de Puffendorff libro de Jure feiali divino, Jægeri Epistolæ Apologeticæ opposita, Magdeburgi 1700. 8. Litem postmodum, utriusque sententiam conciliando, sopire conatus est ANSHELMUS BITTIGIUS in dissertatione Academica de natura & origine moralitatis & juris connati, occasione litis inter Theologum Wurtenbergicum, & quendam B. Puffendorfii Vindicem, nuper recrudescentis, Augustæ Vinelicorum 1702. 8. quo quidem successu, judicent alii.

§. 17.

Puffen-dorfii Scripta historica. Reliqua quod attinet Puffendorfii scripta, pleraque sunt historica. Sic alibi agendi locus occurret de Commentariis ejus Rerum Brandenburgicarum & Suecicarum, & de Introductione ejus ad historiam Gentium Europæarum, item de libello, quem sub ficto BASILII HYPERETÆ nomine de Monarchia Ecclesiastica Pontificis Romani 1679. edidit, nec non de MONZAMBANO ejus, quem cum Heidelbergæ hæreret, conscripsit. Aulam quoque Viennensem Puffendorfium nostrum Historiæ Belli Turcici conscribendæ destinasse, ex narratione magnæ dignationis Satrapæ refert. Christianus Gryphius de Historicis Seculi XVII. p. 72. Politica Puffendorfii inculpata prodit Londini Scaniae 1679. 12. & consistit in dissertationibus antea separatim editis. Tales sunt de Systematibus Civitatum, de Concordia veræ Politicæ cum religione Christiana, de existimatione, de Republica irregulari, de forma Reipublicæ Romanæ & fœdere Achaico, de obligatione adversus patriam, quæ antea Heidelbergæ 1663. 4. prodierat, de rebus gestis Philippi Amyntæ, itidem Heidelbergæ 1664. 4. impressa.

Edidit quoque Puffendorfius quædam aliorum scripta v. c. JOANNIS LAURENBERGII, Professoris Sorani, Græciam antiquam Amstelodami 1661. 8. 1663. 4. recusam, item

item MEURSI Ceramicum geminum Ultrajecti 1663. 8.
 & ejusdem Meursii Miscellanea Laconica Amstelodami
 1661. 4.

Pos. VI.

Grotio ac Puffendorfio haud forsan Christia-
 male jungitur Christianus Thomasius. Christia-
 nus Tho-
 masius.

§. I.

Supra quidem seculi genium, nec tamen immerito, hic Thomasi
 sapere videtur Vir, quem diu adhuc nobis superstitem si Vita
 optamus. Ingenii enim, qua pollet, felicitate, iudiciique & Judi-
 acumine, ac indefesso labore effecit, ut non æquiparet mo- cium de
 do, sed superaret quoque famam & dignitatem parentis, eo.
 magni satis ceteroquin nominis.

Erat ille JACOBUS THOMASIUS, Scholæ primum Re-
 ctor, postea vero Philosophiæ Professor Lipsiensis, variis
 scriptis clarus.

Nota.

I. VI. 1.
 II. V. 2.
 III. III. 1.
 III. IV. 7.
 IV. 1. 6.

Ex quibus nominare licet

Origines historiae Philosophicæ, de quibus §. 8.

*Doctrinam Imperii Romano-Germanici hodierni, Tabula compre-
 hensam, Lipsia 1671. 1679. 1687. fol.*

Varii argumenti dissertationes, Hal. 1693. 8.

*Dissertationem de plagio literario, Leucopetra & Schwobaci 1679.
 & 1692. 4.*

De latrocino gentis in gentem, Lipsia 1667. 4.

De Misstrissimo, Lipsia 1668. 4.

*De Scabinis antiquis & recentioribus, Lipsia 1661. 4. & in Brum-
 merianis a Beyerio editis Lipsia 1712. 8.*

IV. L. 6.

Plura de Vita ejus & scriptis vide in Daniel Friedrich
 Phymanns Lebens-Beschreibung vorzrefflich-geliebter Manner,
 Wittebergæ 1714. 8. num. 18. p. 171. Francofurti ad Ode-
 ram & Lipsiam adhuc studiorum causa verfaæctur Chri-
 stianus

stianus noster, ita se gessit, ut omnium in se converteret oculos & admirationem. Erant tamen, qui in eo reprehens debant nimium novitatis studium, liberius dicendi gesus, & in scribendo petulantiam. Quibus criminibus publice ipso objectis, ut relegaretur tandem, ejus obtinuerunt osores. Lipsia autem pulsum clementissime una cum affectis recepit Fridericus, Elector Brandenburgicus, indeque occasionem arripuit, Halensem condendam Academiam, ibique nostro Juris Professo demandahatur, qua huicdum una cum Titulo Directoris totius Academiz, & Consiliarii intimi Borussorum Regis & Ducis Saxo-Naumburgensis gaudet, tantoque cum applausu docet, ut suo nomine novam constituisse Sectam & disciplinam videatur. Continuo enim nova inveniendi studio tenetur, quæ ubi reperire nequit, ut tamen a ceteris dissentiat, vetera evertit, cuncta ridet, plerosque contemnit, nemini parcit, quo factum est, ut cum aliquot abhinc annis in ipsam Cæsaream Majestatem paulo liberius calatum stringeret, a Fiscali Cameræ Imperialis accusatus, in magnam satis condemnaretur multam.

§. 2.

Thomasii Inter scripta ejus JURIS NATURALIS Doctores celebrant
Scripta

Juris Institutiones Jurisprudentiae divinæ, Lipsiae & Francofurti
Naturæ. 1688. 8. Halæ 1694. 4. & auctiores adhuc 1702. &
1710. & 1717. 4. editas, in quibus id in primis agit, ut Puffendorfum illustret, ab eo leviter tacta clarius demonstret, & sicubi visum fuerit, corrigat. Prostant quoque Germanice hoc Titulo: *drei Bücher des göttlichen Reches-Gelabtriebs, nebst denen älternen und jungen Lehren des Natur- und Völker-Reches.* Postea quoque publicavit

Tractatum de fundamentis Juris Naturæ & Gentium ex sensu communi deductis, in quibus ubique secernuntur principia honesti, justi & decori, cum adjuncta emendatione ad ista fundamenta Institutionum Jurisprudentiae divinae, in usum auditórum Halæ 1705. &c. 1708. 4. itidem-

itidemque Germanice versum cum præfatione ERH-
RAIMI GERARDI 1708. 4. In hoc libro Thomasius
pro more ipsi solenni, multa, quæ in priori libro posue-
rat, revocare & refutare haud dubitat: qua in re utrum
gloriam quærat, an præsidium, aliis dijudicandum lin-
quimus. Minimum ipse in pleniori sua historia juris
naturæ gloriatur, se legem divinam positivam universa-
lem stabiluisse primum, & destruxisse iterum. Reliqua
ejus scripta, quæ magno extant numero, videsis in
ipsius Catalogo scriptorum publice editorum & eden-
dorum Halæ 1696. 4. impresso, & sexta vice repetito.
Halæ 1711. 4. Ad Jus Naturæ referri adhuc potest mo-
do memorata ejus.

Historia Juris Naturæ de qua superius &

Dissertatio, quam de sponsione Caudina & Numantina ad ^{L. L.}
Grotii L. 2. c. 15. §. 16. habuit, Lipsiæ 1684. 4. nec
non

Specimen Jurisprudentiæ judicialis ex Jure Naturæ & Gen- ^{IV. IV. 5.}
tium exhibitum in exemplis de variis gentium negotiis
& controversiis, quibus sparsim immiscentur genuina
principia definiendi prætentiones illustres, Halæ 1706.
& 1710. 4.

Systema, quod promisit, Juris Naturalis, ceu supra diximus, I. I. II.
hactenus lucem non aspexit.

§. 3.

Affinia his sunt scripta ejus **MORALIA & POLITICA**, Thomasii quo pertinent

Historia sapientiæ & stultitiæ Tomis 3. Halæ 1693. 8. & ^{Moralia}
Germanice ibidem eodem. 8. & Politica.

*Der Kern vvahrer und nützlicher Welt-Weisheit, ebedessen von Xe-
nophon in Beschreibung der merckwürdigen Dinge des So-
crates vorgestellt, und aus dem Franzöſischen ins Deutsche über-
ſetzt Halle 1693. 8. Est versio des choses memorables
de Socrate, par JACQUES CHARPENTIER à Paris 1668,*
12.

*Kunst vernünftig und tugendhaft zu lieben, oder Einleitung zur Si-
ren-Lehr. Halle 1692. 1706. & 1710. 8.*

G'

Von

Von der Arzney wieder die unvernünftige Liebe, und der zuvor wthigen Erkäntniß seiner selbst, oder Ausübung der Sitten - Lehr.
Halle, 1696. 8. & 1704. & 1708. 8.

*Utrumque Latine versum ab Autore, Halæ 1706. 8.
Wissenschaft, das verborgene des Hertzens anderer Menschen, auch wider ihren Willen aus täglicher Conversation zu erkennen,*
Halle, 1691. 8.

*Weitere Erläuterung durch unterschiedene Exempel des ohnlangst gethanen Vorschlags, wegen der neuen Wissenschaft anderer Menschen Gemüther erkennen zu lernen, Halle 1692. & 1711. 8.
Hoc scriptum opposuit Meyero & Tentzelio, qui ipsi item desuper moverant.*

Klugheit zu leben, primum anonymus prodierat, secundæ autem editioni nomen suum apposuit Thomasius.

Dissertatio de Constantia & Inconstantia ad regulas rectæ rationis, & mentem Senecæ conscripta, Halæ 1692. 4.

II. IV. 1. De dupli Majestatis subjecto dissertationem excitabimus infra.

§. 4.

Thoma-
sii scri-
ta Juris
publici *JURIS PUBLICI dissertationes & scripta quæ edidit,
hæc fere sunt.*
*Historia Contentionis inter Imperium & Sacerdotium, bre-
viter delineata usque ad seculum XVI. cum appendice,*
Halæ 1721. 8.

*De jure Principis decidendi controversias Theologicas cum
scholiis, Halæ 1702. 4. & Germanice.*

II. VII. 16. *Das Recht Evangelischer Fürsten in Theologischen Streitigkeiten,*
Halle 1696. & 1699. & 1713. 4. Scripta est hæc differ-
tatio contra Carpzovium, Theologum Lipsiensem, & jus
hoc Principibus, clero excluso, tribuit.

II. VII. 1. *Vindiciae Juris Majestatis circa sacra, Halæ 1699. & 1713. 4.*
Eadem hæc dissertatio Germanice versa extat in *JOAN-
NIS GOTTFRIED ZEITLERI dreyfacter Restung des Rechtes
Evangelischer Fürsten in Kirchen - Sachen.* Francofurti ad
Meam 1701. 4. in quo Tractatu nihil aliud contine-
tur, quam nonnulla hujus argumenti scripta Thomasia-
na,

Conf. §. 8.

na, a Zeidlero Germanice versa. Sic præter memoratum scriptum ibi habetur

Thomasi *weitere Untersuchung der Einfältigen Anweiung, wie die protestirende Kirche zu vereinigen, ihrem Ejusdem Vertheidigung des Regiments der Kirchen Christi* itidem ex Latino versa.

De jure Principis circa hæreticos, Halæ 1697. 4.

De jure Principis Evangelici circa Adiaphora, Halæ 1695. 4.

De jure Principis circa solennia sepulturae, Halæ 1702. 4. II. VII. 10.

De foro competente & subjectione Clericorum sub potestate civili, Halæ 1709. 4.

De officio Principis Evangelici circa augenda salary & honores ministrorum Ecclesiaz, Halæ 1707. 4.

Bedenken über die Frage, wie weit ein Prediger gegen seinen Lands-Herrn, der zugleich summus Episcopus mit ist, sich des Bischofslüfels bedienen kann, dritte Edition, Wolfenbüttel 1707. & iterum 1719. 8.

Rechtmäßige Erörterung der Ehe- und Gevuijssens-Frage, ob zwey Fürstliche Personen im Römischen Reich, deren eine der Lutherschen, die andre der Reformirten Religion zugethan, einander mit gutem Gevuijssen beyrathen können? Halle 1689. 8.

De natura bonorum secularisatorum, Halæ 1707. 4. acceſſit

Programma de cura Principis Evangelici circa sustentationem Ministrorum Ecclesiaz.

De injusta oppositione jurium Majestaticorum, superioritatis territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum, Halæ 1696. 4.

De Statuum Imperii potestate legislatoria contra jus commune, Halæ 1703. 4.

De jure Statuum Imperii dandæ Civitatis, Halæ 1696. & 1715. 4.

De jure aggratiandi Principis Evangelici in causis homicidii, Halæ 1707. & 1714. 4.

De præscriptione Regalium ad jura subditorum non pertinente, Halæ 1696. 4.

De Regalibus fisci Principum Germaniaz circa acquisitionem, Halæ 1713. 4.

De inutilitate Brocardici : quæ sunt in territorio, præsumuntur esse de territorio, Halæ 1709. 4.

De officio Directorum & Ducum Circularium in executione sententiarum, Halæ 1697. & 1723. 4. contra Multos scriptum ea de re eodem anno anonymus editum.

IV. II. 8. Vindiciæ distinctionis inter Paragia & Apanagia, Halæ 1709. 4.

De vera origine, progressu & interitu judiciorum Westphalorum, Halæ 1711. 4.

De Templariorum Equitum ordine sublato, Halæ 1705. 4.

II. IX. 9. De jure asyli, Legatorum ædibus competente, Halæ 1689. & 1718. 4. & inter dissertationes Lipsienses.

An Imperator Wenceslaus legaliter sit depositus, & tantis virtutis contaminatus, ut vulgo creditur?

Cur Imperator Wenceslaus, Princeps non optimus quidem, nec etiam malus, communiter tam male audiat? Hæ duas dissertationes reperiuntur in dodecade quæstionum Historico-Philosophico-Juridicarum paradoxarum, Halæ 1693. 4.

§. 5.

Thomæ filii script. Ad ECCLESIASTICUM Jus pertinent ejus
fui script. Cautelæ circa Præcognita Jurisprudentia Ecclesiasticae, Ha-
Ecclæ 1710. & 1712. 8. & Germanice versæ Halæ 1713. 8.
fiast. & Commentarius über das erste Capitel der Kirchen-Ordnung im Herr-
Feudal. zogthum Magdeburg, 1700. 8.

Dissertatio de desertione ordinis Ecclesiastici, Halæ 1707. 4.

II. VII. 12. De usu practico denunciationis Evangelicæ, Halæ 1712. 4.
De juribus præcipuis patronatus, Ecclesiarum Protestantium,
vulgaris, Halæ 1715. 4.

Ad FEUDALIA refer

Selecta feudalia, quæ exhibent selecta capita Historiae Juris
feudalis Germanici, & Autorem Veterem de Benefi-
ciis, & dissertationem de usu ejus, Halæ 1708. &
1719. 8.

De Originibus feudalibus, Halæ 1710. 4.

De feudis oblatis, Lipsæ 1687. & 1715. 4. & inter alias Au-
toris dissertationes Lipsienses, Lipsæ 1695. 4.

De

De feudo alienabili, Halæ 1709. 4.

De causis prohibitaæ alienationis feudi, Halæ 1709. 4.

De feloniam Domini, Halæ 1710. 4.

De præsumptione allodialitatis, Halæ 1715. 4.

§. 6.

Scripta JURIS CIVILIS, quæ edidit, vel eo nomine Thoma-
reliquis præferenda veniunt, quod pleraque Jus Germani-
cum concernant, in quo ita versatus est noster, ut in hoc pta Jur.
studio nemini secundus, sed omnium facile Princeps existat. Civ.

Sunt autem illa

*Summarischer Entwurf derer Grund-Lehren zum Studio Juridi-
co, Halle 1699. & 1706. 8.*

*Erinnerung wegen der über seine Grund-Lehren bisher gebaltenen
Lectionum privatissimarum, Halle 1701. 8.*

*Cautelen, welche im Studiosus Juris zu Erlernung der Rechts-
Gelabrebeis zu beobachten. Halle 1713. 8.*

Dissertatio de usu vario studii Antiquitatum, in primis in stu-
dio Jurisprudentiæ, Lipsiæ & Halæ 1718. 8.

Delineationem Historiæ Juris Romani & Germanici, reperies
Anti-Tribonianus Hotomanni, a GEORGIO BEYERO
edito, præfixam, Lipsiæ 1704. 8. Inseruit eam quoque,
notis illustratam, CHRISTIANUS GOTHOFRIDUS
HOFMANNUS Historiæ suæ Juris Romani Justinianei
Lipsiæ 1718. 8. Ipse etiam Thomasius nonnulla huc
spectantia fusiis deduxit in

Nævis Jurisprudentiæ Romanæ Ante-Justinianæ, Halæ
1691. & 1695. & 1707. 4. Accessit Programma de exi-
guo Pandectarum usu in foris Germaniæ, & Vindiciæ
Corollarii de exiguo Pandectarum usu, quæ jam 1692.
prodierant.

Dissertatio de difficultatibus novi Corporis Juris condendi.

Præcognita ad Jurisprudentiam. 4.

Dissertationes Juridicæ Lipsienses cum additionibus, Lipsiæ
1695. 4.

De Jure Consuetudinis & obseruantia, Halæ 1699. & 1712.
1722. 4.

II. IX. 6.

De morum cum Jure scripto contentione, Halæ 1701. 4.
De Interpretatione beneficiorum Principis ad L. 3. de Con-

stit. Princip. Halæ 1701. 4.

De vera pietate juridica, Halæ 1701. & 1717. 4.

De fide juridica, Halæ 1699. & 1714. 4.

De JCtorum prudentia consultatoria, Halæ 1705. & 1710.
4. & Germanice versa a GEORGIO BEYERO, JCto
Vitebergenisi, Francofurti 1707. 8.

Commentarius ad Institutiones & Digesta, Halæ 1712. &
1713. 4.

De rite formando statu controversiæ, an Legum Juris Justi-
niane sit frequens, an exiguus usus practicus in foris
Germaniæ? Halæ 1715. 4.

De usu practico Tituli Institutionum: de his, qui sui vel
alieni juris sunt, Halæ 1712. 4.

De usu practico distinctionis hominum in liberos & servos,
Halæ 1711. 4.

De usu practico distinctionis hominum in ingenuos & li-
bertinos, Halæ 1711. 4.

De usu practico doctrinæ de impedimentis manumissionis,
Halæ 1712. 4.

II. II. 1.

De hominibus propriis & liberis Germanorum, Halæ
1701. 4.

An mancipia Turcica per baptismum manumittantur? extat
in dodecade supra §. 4. citata.

An doctrina Romana de servis magnum usum habeat in
servis nostris, a Turcis captis, Halæ 1693. 4. & in
dodecade.

De Quasi-emancipatione Germanorum, Halæ 1703. 4.

De usu practico Tituli Institutionum de adoptionibus, Halæ
1714. 8.

De usu juris paterni Romanorum in Germania, Halæ
1694. 4.

De usu practico Tituli Institutionum de patria potestate,
Halæ 1712. 4.

De usu practico Tituli Instit. quibus modis jus patriæ pote-
statis solvit, Halæ 1716. 4.

De

- De fundamentorum definiendi causas matrimoniales, haec-
nus receptorum, insufficientia, Halæ 1698. 4.
- De validitate conjugii invitis parentibus contracti, & per
benedictionem sacerdotis depositi consummati, Lipsiæ
1689. 4. & inter dissertationes Lipsienses & Halæ 1722.
4. Germanice quoque prodiit sub Titulo
*Von Gültigkeit der Ehe, so wieder der Eltern Willen geschlossen,
und durch Eiseignung eines abgesetzten Priesters vollzogen,*
Leipzig 1722.
- De pactis Dotatibus, Halæ 1695. & 1711. 4.
- De pactis futurorum Sponsaliorum, vom Ja-Worte, Halæ
1711. 4.
- De Concubinatu, Halæ 1713. 4.
- De Tutelis, Halæ 1699. 4.
- De pseudo-privilegio pupilli conventi contraria actione ne-
gotiorum gestorum, Halæ 1699. 4.
- De culpa ab heredibus Tutorum præstanta, Halæ 1701. 4.
- De præsumptione furoris atque dementiæ, Halæ 1719. 4.
- De existimatione, fama, & infamia extra Rempublicam, II. X. 1.
Halæ 1709. 4.
- De jure circa Titulos honorum, Halæ 1697. 4. III. V. 14.
- De jure detractionis, Halæ 1709. 4.
- De Vagabundo seu eo, qui est sine domicilio, Lipsiæ 1682.
4. & inter dissertationes Lipsienses.
- De Rerum differentiis intuitu Juris Germanici privati, Halæ
1721. 4.
- De jure circa somnum & somnia, Lipsiæ 1687. 4. & inter
dissertationes Lipsienses & Halæ 1723. 4.
- De protestatione factio contraria, Halæ 1699. & 1713. 4.
- De protestatione jus protestantis non conservante, Halæ
1695. 4.
- De jure circa colores, Lipsiæ 1689. 4. & inter Dissertationes Lipsienses.
- De jure circa pharmacopolia Civitatum, Halæ 1697. & 1711. 4.
- De differentiis Juris Civilis & Canonici in doctrina de testa-
mentis, Halæ 1707. 4.
- De servitute stillicidii, Lipsiæ 1689. 4. & inter dissertationes Lipsienses.
- De

- De origine successionis testamentariae, Halae 1705. 4.
 Prima initia successionis testamentariae apud Romanos,
 Halae 1705. 4.
- De sensu legis decemviralis testamentariae, Halae 1705. 4.
- De filio sub conditione, si se filium probaverit, herede in-
 stituto, Lipsiae 1686. 4. & inter dissertationes Lipsi-
 enses.
- De captatoriis institutionibus, Halae 1696. 4.
- De legitima viventis, Halae 1700. 4.
- De Noricorum causis adimendi legitimam, Halae 1703. 4.
- De jure injusto heredipetarum, Halae 1695. 4.
- De hypotheca tacita propter pecuniam lustricam, Halae
 1717. 4.
- De remissione tacita pignoris, vel hypothecæ, per remissio-
 nem debiti & consensum in alienationem rei, recusa
 Halae 1722. 4.
- De remissione tacita pignoris, vel hypothecæ, per acceptio-
 nem chirographi novi aut fidejussoris, Halae 1716. 4.
- De usu practico doctrinæ difficillimæ Juris Romani, de cul-
 parum præstatione in contractibus, Halae 1705. 4.
- De fatuitate Brocardici vulgaris: Causa fatua excusat a do-
 lo, Halae 1720. 4.
- De obligatione ex promissione rei incertæ, Halae 1715. 4.
- De jure adimplementi literarum Cambialium honoris causa,
*oder vom Rechte der Acceptation und Zahlung der Wichen-
 sel-Briefe* per honore, Halae 1715. 4.
- De aequitate cerebrina L. 2. C. de rescindenda venditione
 & ejus usu practico, Halae 1706. & 1713. 4.
- De arrhis emtionum, Halae 1702. 4.
- De usu practico accuratae distinctionis inter emtionem cum
 pacto de retrovendendo, & contractum pignoratitum,
 Halae 1707. 4.
- De pretio affectionis, in res fungibles non cadente, Halae
 1701. 4.
- De non rescindendo contractu conductionis ob metum spe-
 citorum, Halae 1711. & 1713. 4. & Germanice, *bey den
 neuen Lehr-Sätzen vom Laßter der Zauberey.*

De

De revocatione tacita mandati judicialis, ad cap. si quen.

8. de procuratoribus in 6. recusa, Halae 1724. 4.

De fidejussore indemnitatis, Halae 1703. 4.

De usu exiguo Senatusconsulti Vellejani in foris Germaniae,
Halae 1707. & 1714. 4.

De natura precum juridicarum, Halae 1710. 4.

De perpetuitate debitorum pecuniariorum, Halae 1706. 4.

Larva Legis Aquiliae, detracta actioni de damno dato, rece-
ptae in foris Germanorum, Halae 1703. 4.

De actione injuriarum, Halae 1715. 4.

De jurisdictionis & magistratum differentia secundum mores
Germanorum, Halae 1703. & 1714. 4.

De emendatione administrationis Justitiae non impossibili,
sed difficiili : accessit dissertatio de charactere & cir-
cumspetione Medici, ad curandam taediositatem Pro-
cessuum adhibendi : item dissertatione de emendandis qui-
busdam litium protractionibus in materia juramenti
delati, Halae 1717. 4.

De officio judicis circa tentationem amicabilis compositio-
nis, quæ & germanice versa 1724.

De Judice, sententiam in causis criminalibus latam, ab actis
removente, Halae 1709. 4.

De onere probandi in actione negotoria, Halae 1716. 4.

Non ens actionis forensis contra aedificantem ex aemulatio-
ne, Halae 1703. & 1714. 4.

De usu practico actionis adversus Judicem imperite judican-
tem, ad pr. Inst. de obl. quae qd. ex delict. nasc. Halae
1714. 4.

De usu actionum poenalium Juris Romani, in foro Germano-
rum, Halae 1693. 4.

De actione fidejussoris adversus debitorem, antequam sol-
vit, Lipsiae 1685. 4. & inter dissertationes Liphienses, &
germanice quoque sub Titulo :

Tractat von Anstellung der Klage wider den Haup- Schuldener,
ehe der Bürge bezahlt, Hall 1724. 4.

De præsumptione bonitatis, Halae 1700. 4.

De judicio seu censura morum, Halae 1702. 4.

- Anno peccati viventium, eos infamantes, sint absurdæ & abrogandæ? Halae 1723. 4.
- Il. IX. 4.** De Tortura ex foris Christianorum proscribenda, Halae 1705. 4.
- De occasione, conceptione, ac intentione Constitutionis Criminalis Carolinæ, Halae 1711. 4.
- Dæphænicidio linguae, Halae 1699. 4.
- II. VII. 18.** Quæstio, an habetis sic crimen? Halae 1697. 4.
- De Crimine Bigamiae, Lipsiae 1685. 4. & inter dissertationes Lipsienses.
- De præscriptione Bigamiae, ibidem eodem. Utraque etiam recusa, Lipsiae 1711. 4.
- De Crimine Magiae, Halae 1701. 4. & germanice sub Tit. *Lehr-Sätze vom Däster der Zauberey*, 1702. 12. and aufgelegr. nebst der Verbeydigung. Leipzig 1703. 8. und Halle 1704. 4. per Joannem Reichl, qui respondendo sustinuerat dissertationem.
- De origine & progressu Processus Inquisitorii contra Sagas, Halae 1712. 4.
- De Abigeatu, Lipsiae 1687. 4. & inter dissertationes Lipsienses, & Halae 1723. 4.

§. 7.

- Thomasi Scripta mi- scella- nea. Supersunt Thomasii PHILOSOPHICA, literaria, varii- que argumenti scripta, quo spectant. Quæstionum historico-philosophico-juridicarum paradoxa- rum dodecas, Halae 1693. 4. Annexa reperitur Tracta- tui de ratione status GOTHOFREDI de JENA.
- Programmata Thomasiana, & alia scripta similia breviora recusa, Halae & Lipsiae 1724. 8.
- Allerhand kleine Teutsche Schriften, Halle 1701. 8.
- Auserlesene und in Teutschen noch nie gedruckte Schriften, Halle 1705. 8.
- Introductio ad Philosophiam Auticam, accessit HUBERI Oratio de Pedantismo, Lipsiae 1688. 8. Hic liber Logicam continet, & recusus sub Titulo:

Introductionis ad Logicam, cum praxi Logices, Hala 1694.

8. germanice quoque versa hoc Titulo :

Einführung zur Vernunft-Lehre, Halle 1691. 1699. & 1705. &

1711. 8.

Auszüng der Vernunft-Lehre, Halle 1691. 1699. & 1705. &

1710. 8.

Versuch vom Wesen des Geistes, Halle 1699. 8.

Quæstiones aliquot, concernentes hypothesin : quod corpora naturalia content ex materia & spiritu, Hala 1694. 4.

Dialogus de definitione substantiae, Hala 1693. 4. & in dodecade.

Freywillige, lustige und ernsthaffte, Vernunft- und Gesetz-mäßige Gedancken, oder Monath-Gespräch über allerhand nützliche Bücher und Fragen, Halle 1688. & 1689. & 1690. 8. 48 das allererste Teutsche Journal.

Was man denen Franzosen nachahmen soll, Leipzig 1687. 4.

Dissertatio, an sutor esse possit Philosophus? Hala 1693. 4. in dodecade supra citata.

De injusto Pontii Pilati judicio, Lipsiae 1675. 4. & inter dissertationes Lipsienses & Hala 1724. 4.

Decas thesum variarum ad Symbolum Electoris Brandenburgi : Suum cuique, Hala 1694. 4.

Erinnerung über Einrichtung des Glaubischen Paedagogii. 8.

Abfertigung, derer im Pietistischen Unfang enthaltenen Lästerungen, Hala 4.

Confessio doctrinae suae. 8.

Erinnerung wegen Confession doctrinae suae. 8.

Oster-Gedancken. 8.

§. 8.

Thomas.
notæ. &

præf. ad.
al. Scri-

Atque hi sunt potiores ingenii scetus, quos edidit Tho-
masius, qui tamen circa edendos aliorum quorundam Au-
torum libros, suam quoque nobis návavit operam. Sic pta.
enim

*MONZAMBANI seu Puffendorfi de statu Imperii Germanici! V. 17.
librum edidit cum Scholiis, Hala 1695. 1703. & 1714. 8.*

H 2

Ejus-

Eiusdem PUFFENDORFII Politische Betrachtung des Geistlichen
Stuhls zu Rom in usum Auditorum, Halle 1714. 8. 1^o
das 1^ote Capitel aus Puffendorffs Einleitung zur Historie.

ll. XI. 5. JOANNIS BENEDICTI CARPOVII Theologi Lipsiensis, di-
sputatio, de jure decidendi controversias Theologicas,
cum Scholiis JCti Halensis, prodiit Halae 1701. 4.
Latet autem sub JCto illo Thomasius nostor.

I. VI. 4. marg. ibi. Conf. 5. 8. De versione Memorabilium Socratis JACQUES CHAREN-
TIER, Galli, supra §. 3. diximus.

ULRICI HUBERI positiones juris contractae secundum In-
stituta & Digesta cum Scholiis Christiani Thomasi pro-
dierunt, Lipsiae 1685. & 1706. 8.

1. II. 6. Additiones ad ULRICI HUBERI praelationes Juris Civi-
lis, cum nova Thomasi præfatione, & adjecta differ-
entia de furto antihæ meretricis & non meretricis,
Lipsiae 1707. 4.

II. I. 7. ULRICUS HUBERUS de Jure Civitatis, cum Scholiis Chri-
stiani Thomasii, Francofurti 1708. 4.

II. XI. 4. JOANNIS STRAUCHII dissertationes Justinianeae cum no-
tis Thomasii, Lipsiae 1683. 4. & recusae una cum no-
tis, cura EPHRAIMI GERHARDI, Jenae 1718. 4.

JOANNIS SCHILTEKI Praxis Juris Romani in foro Germano-
nico, cum præfatione Thomasii, Francofurti & Lipsiae
1713. fol.

1. II. 6. Versioni Grotianae SINOLDI SCHÜTZII præfationem praemisit
Thomasius, Lipsiae 1707. 4. qua historiam Juris
Naturae usque ad Grotium dedit.

CORNELII de MASTRICH T historia Juris Ecclesiastici ac
Pontificii, cum præfatione Thomasii, de neglectu studii
Juris Canonici, ejusque usu frequente ac methodo,
Halae 1705. 8.

II. I. 4. Not. JOANNIS PAULI LANCELOTI Institutiones Juris Cano-
nici, cum notis variorum, per Christianum Thomasium,
Halae 1716. & 1717. 4.

JACOBI THOMASII, patris, Origines Historiae Philoso-
phicae & Ecclesiasticae, quae prodierant, Lipsiae 1665.
4. itidem cura filii Christiani Thomasii recusae sunt,
Halae 1699. 8. nec non dissertationes, seu programmatra
ejus,

eius 1663. jam edita , cura filii prodierunt , Halæ
1693. 8.

PETRI POIRETI Galli , Verbi Divini apud Heidelbergenses
Ministri , infecuta autem 1677. Gallorum irruptione ,
celeberrimæ Bourignoniæ individui in Belgio Comitis ,
& nuper demum Renoburgi prope Lugdunum pago , in
quo diu privatum egerat , defuncti , libros tres de Erudi-
tione solida , superficiaria & falsa , edidit Thomasius
noster , cum dissertatione sua de Scriptis Poireti , Fran-
cofurti & Lipsiæ 1694. 8. atque magnifice de opere sen-
sit , quam tamen postea mutavit sententiam , in dis-
sertatione nova ad Poireti libros de Eruditione , Halæ
1708. 8.

JOHANN GOTTFRIED ZEIDLERS *Tractas von der
Wunschel-Russe* cum præfatione Thomasii prodiit , Halle
1700. 8.

BALTHASAR GRACIAN Homme de Cour , *nebst* Christiani
Thomasii judicio *vom Gracian* , Augsburg 1711. 8.

Ad Testamentum Cancellarii OSSEN de emendanda Juris-
prudentia , & nævis Academicis , Commentarium dedit
Thomasius .

Multa quoque inseruit Observationibus Halensibus.

§. 9.

In tanta scriptorum cōpia , tamque diffīcili paradoxo-Thomas-
rum a Thomasio suscepta defensione , non potuit non fieri , si Ad-
quin alia atque alia improbarentur aliis , variosque Thoma-versarii .
suis nanciseretur adversarios , de quibus in genere nota ,
quod licet aliquando veritate superiores , arte tamen scite ,
ingeniose , ac cum veri specie sua proponendi , inferiores ple-
rumque extiterint Thomasio . Nihilo tamen minus nonnulla
eorum subjiciamus exempla . Sic

1. hoc pertinet scriptorum recentiorum decas , Hambur-
gi 1688. 4. edita , contra quam prodiit Epistola ad
amicum de decade . Hanc autem exceptit defensio
decadis .

2. TRAJANI BOCCALINI judicium de Trigæ scriptorum recentium 1689. 4. Et Trigæ hujus & decadis modo memoratae Autor est JOANNES ALBERTUS FABRICIUS, natu Lipsiensis, Scholæ autem Illustris Hamburgensis Professor, contra quem prodiit Epistola amicatoria ad Joannem Albertum Fabricium, & actio Criminalis adversus Scurram Pseudo-Boccalinum, Colonia 1689. 4.

Nota.

Assumerat scilicet Fabricius illud Trajani Boccalini nomen, sub quo in Italia Italice prodierunt decantatæ illæ, & in omnes sere linguis translateæ Relationes ex Parnasso, quarum Autorem non nulli putant Cardinalem CAJETANUM, a JOANNIS FRANCISCO PERANDA adjutum, alii Cardinalem BORENSIUM, alii verum esse Boccalini nomen afferunt, eumque propter suum: Pietra del Paragone Politico (seu lapidem lydum politicum, Venetiis 1615. editum, itidemque variarum nationum idiomatibus donatum) in quo in Hispanorum Monachiam injurias est, a sex militibus Venetiis ita fuisse verbatur, ut diem obiret supremum.

3. SIGFRIED BENZENS Christianus minime Christianus 1692. 4.

4. ALBRECHTI CHRISTIANI ROTHII Atheistica Thomasiana, Lipsiæ 1698. 8. Edidit ea etiam cum Observationibus perspicuis ANDREAS STUBELIUS, Halæ codem, & Lipsiæ 1700. 8.

Eiusdem Thomasius portentosus, Francofurti 1699. 8. & Lipsiæ 1700.

Eiusdem extat quoque libellus, Trinitatis orthodoxæ vindictæ, Lipsiæ 1695. 8.

5. ANONYMI *Gevvissens-Rüge an Christianum Thomasium*, 1699. 8.

6. Contra Juris Naturæ scripta surrexit JOANNES LUDOVICUS PRASCHIUS, Consul Ratisbonensis, in *Verteidigung des Natürlichen Rechts, und in seiner kurzen Antwort auf Thomasi Einwüriffe vom Gesetz der Liebe*, Regensburg 1686. 8.

Nota.

Nota.

Extant ejusdem Braschii

Designatio Juris Naturalis ex disciplina Christianorum, Ratis-
bonæ 1691. 8.

Disquisitio de Jure Gentium.

De lege charitatis, Ratisbonæ 1689. 8.

De naturali potestate in liberis.

De amplitudine Juris Socialis,

De odio Religionis.

De Jure majoris partis,

De bono Civis.

Affitio Reipublicæ Achæicæ, Ratisbonæ 1686. 4. ubi compa-
rationem cum ea, & Germaniæ Regno instituit.

Opuscula quædam de stylo.

7. Contra Introductionem & Praxin Philosophiæ Moralis quædam monuit HENRICUS KLAUSINGIUS, tunc Moralium Professor Vitebergensis, nunc Theologus Lipsiensis, in dissertatione de Amore rationali, Viteberge 1709. 4. quam refutare conatus est LIMMERUS, Doctor Servestanus, in dissertatione quadam in Gymnasio Servestano habita, at reposuit ei, Klausingium vindicaturus, JOANNES ADAMUS MAYERUS dissertationem cui Titulus: Observationes super disputatione nuper habita de amore rationis, Vitebergæ 1710. 4.

8. Contra Thomasi *Wissenschaft der Menschen Gemüther zu erkennen*, litem moverunt JOANNES FRIDERICUS MEYERUS, Theologiae Professor Vitebergensis & Gryphiswaldensis, tandem vero Pastor Hamburgensis, nec non WILHELMUS ERNESTUS TENTZELIUS, Historiographus Saxonius, in *Monatlichen Unterredungen II. IX. 30 Conf. 5. 5.* 1692. mense Martio. Pertinent hoc

Johann Friedrich Meyers sich selbst verurtheilender Thomasius, Hamburg 8.

Johann Friedrich Meyers Prostitution seines ehlichen Namens, durch Christianum Thomasium, 8.

Wöhlgemuths Sendschreiben an Christianum Thomasium wegen Tentzeli, in 8.

Christianii Thomassii Erläuterung uider Tentzeli und Meyern, Halle 8.

9. Con-

9. Contra Historiam contentionis inter Imperium & Sacerdotium, AUGUSTUS BREM edidit defensionem Joannis Georgii I. Saxoniæ Electoris 1723. Thomasius enim Electorem, suasu Concionatoris sui Aulici ab Hoe, Bohemi, Bohemiæ Regno inhiasse, afferuerat. Utrumque esse falsum Autor ostendit, Electorem enim de Bohemiæ Regno non cogitasse, & Dominum ab Hoe non Bohemum, sed Austriacum fuisse.
10. Contra Thomasii Jus Principum decidendi Controversias Theologicas, scripsit JOANNES GOTTLÖB STOLTZE, Theologiae Doctor, & Superintendens Altenburgensis, *Anmerckungen über einige Lehr-Sätze Christiani Thomasii vom Rechte Evangelischer Fürsten in Theologischen Streitigkeiten, Leipzig 1697.* 4. nec non *Evangelischer Fürsten Rechte in Vertheidigung der wahren Evangelischen Lehre, Altenburg 1698.* 4. Opposuit se Stoltzio Thomafiumque defendit ENNO FRIDERICUS BRENEISEN, Cancellarius Frisicus, in ausführlicher Antwort auf J. G. Stoltzens Anmerckungen über einige im Tractat vom Rechte Evangelischer Fürsten in Theologischen Streitigkeiten enthaltene Lehr-Sätze, Franckfurt 1698. 4. Addantur Christiani Thomasii Vindiciæ Juris Majestatici circa sacra, Halæ 1699. 4. & ejusdem dreyfache Rettung des Fürsten-Rechtes in Kirchen-Sachen, Francofurti 1701. 4. a Zeidlero edita.
11. Contra Thomasii Bedenken über die Frage vom Binde-Schlüssel prodiit kurze, in der Heiligen Schrift, und denen Evangelischen Kirchen-Symbolis begründete Antwort auf das durch den Druck publicirte Bedenken über die Frage, wie weit ein Prediger gegen seinen Lands-Herrn, der zugleich Summus Episcopus mit ist, sich des Binde-Schlüssels bedienen könne? 1706. 8.
- Thomasii Hyperaspisten egit C. R. RUST, contra quem prodiit JUSTIN MEYER, dass der Binde-Schlüssel noch verstrebe, wider Thomasii defensorem C. R. Rustium, Juris Candidatum, nebst beygefügten Anmerckungen über ein zu Helmstädt publicirtes Programma, Franckfurt 1709. 8.
12. Contra Vindicias distinctionis inter Paragia & Apanagia quod prodiit scriptum, recensebimus infra.

VI. II. 8.

13. Con-

13. Contra dissertationem de Concubinatu, scripsit JOANNES GUSTAVUS REINBECK, Verbi Divini Minister Berlinensis, *Natur des Ehestandes und Verwirrlichkeit des dawider streitenden Concubinats, ex editione secunda, Berlin 1715. 4. nec non D. JOACHIMUS JUSTUS BREITHAUPt, Abbas Bergensis, dissertationem Theologicam de Concubinatu a Christo & Apostolis prohibito, Magdeburgi 1713. 4. Item JOANNES GOTTLÖB STOLTZÉ in quæstione, an Concubinatus sit tolerabilius Polygamia? Lubbenæ 1713. 4.*
- Item S. PETRUS ENCRATITA in Epistola de Concubinatu, Tubingæ 1714. recusa.
- Item JOANNES WOLFGANGUS JAEGERUS, Cancellarius Tubingensis, in examine Philosophico-Theologico dissertationis cuiusdam Halensis, de Concubinatu, respondentे M. JOANNE ANDREA GRAMLICHIO, Tubingæ 1713. 4. Contra hunc Thomasii partes summis larvatus quidam MARCUS PAULUS ANTONINUS, Philosophus Tribœcus, in Confutatione dubiorum, quæ contra Schediasma Halense de concubinatu mota sunt, Argentorati 1714. 4. Sed opposuit Gramlichius primo defensionem dissertationis suæ de illico concubinatu, oppositam Marci Pauli Antonii Philosophi Tribœci confutationi, Halæ 1714. 4. *Deinde Tractatum de Moralitate Concubinatus, Francofurti 1716.*
14. Contra dissertationem de Officio Judicis circa amicabilem compositionem partium litigantium, lucem aspexerunt, *Unvorgreifliche Gedancken über die vom Herrn Geheimen Rath Thomasio gehaltene Disputation, von dem Richterlichen Versuch der Güte unter denen streitenden Parteien, nebst solcher Disputation ins Deutsche übersetzt, und Untersuchung einiger andern die Verbesserung des Justiz-Wesens betreffenden Thomafischen Meinungen, Leipzig 1724.*
15. Contra dissertationem de criminе Magiæ, extat HIEKONYMI a SANCTA FIDE, *Abfertigung der Gedancken contra Christianum Thomasium de Crimine Magiæ, Franckfurt 1703. 4.*

- Scripsit etiam contra dissertationem de crimine Magiae, quidam WÄCHTER, quem tamen refutavit ipse Thomasius, sub nomine JUCUNDI DE LABORIBUS.
16. Contra Introductionem in Philosophiam Aulicam, prodidere REALIS DE VIENNA, discursus & dubia in Thomasii Introductionem in Philosophiam Aulicam, Ratisbonæ 1691. Latet fortasse sub eo PRASCHIUS.
17. Contra *Versuch vom Wesen des Geistes*, lucem aspicerunt CAMERARII, Professoris Tübinger, Anmerckungen über Christiani Thomasii *Versuch vom Wesen des Geistes*, Tübingen 1701. 8. quem inter omnes suos adversarios prudentissimum judicat Thomasius.
18. Tandem contra Thomasii colloquia menstrua, Scherz- und ernsthaftie Monath-Gespräche, notandum, quod in iis aliquando heterodoxas quorundam opiniones sustinuerit contra HECTORIS GOTTFRIED MASIUS, Theologi Hafniensis, Interesse Principum, eaque occasione varias Masio dixerit injurias, quas ille ægre ferens, magistratum adiit Lipsiensem. Thomasio interim Halam aufugiente, res eo devenit, ut liber ejus 1691. Hafniae, cum Autoris infamia, publice per carnificem combureretur. Qua ignominia motus Thomasius, scripsit sub nomine ATTILAE FRIEDRICH FROMMHOLDS Reches-gegründeten Bericht, wie sich ein ehrliebender Scribent zu verhalten, wenn seine von hoher Obrigkeit approbierte Schriften, auf eines fremden Fürsten Befehl vom Henker öffentlich verbrannt werden, Freyberg 1691. 4. cui Masius sub nomine AETII DIETRICH EHRENHOLD reposuit Vernunft gegründeten Bericht, was von einem Scribenten zu halten sey, dessen Schriften durch den Henker öffentlich verbrennen, 1692. 4.

§. 10.

Justo forsitan fuimus prolixiores in recensendis scriptis Thomasianis, habenterque fatemur, pleraque ad aliud pertinere forum. Ne tamen conjungenda separarentur, hanc suscepimus recensionem, religioni nobis dicentes, prorsus
hoc

hoc loco præterire Thomasium. Licet enim cuncta ejus scripta crude nimis, ac sine delectu accipi nolimus, nec cuiquam, ut ulla Thomasii opiniones sine prævio examine accuratori, suas faciat, suadeamus, inficias tamen ire nos possumus, illa in primis, quæ §. 2. & 4. commendavimus scripta, in Jure quo utuntur Imperantes, quamino esse utilissima.

POS. VII.

Vix autem amplius Imperantium Ju- Seldenus
ra juvant Joannes Seldenus, & Tho- & Hob-
mas Hobbesius. Angli besius.

§. I.

SELDENO propositum non erat Jurisprudentiam Seldenus Universalem, quæque ad omnes gentes applicari posset, con- ejusque texere, sed ad Naturæ & Gentium Jus saltem Hebræorum scripta disciplinam accommodare, ex Rabbinorum scriptis & antiquitatibus Ebraicis illud illustrare, omnia autem septem illis Noachidarum præceptis superstruere. Nam licet Seldenus JCtus esset, & Anglicani Parlamenti membrum, plurimum tamen valebat Linguarum & Antiquitatum Orientaliū studio, quod vel ex versione patet Annalium Eutychii, Patriarchæ Alexandrini, quam ab EDUARDO POCOCKIO adjutus, ex Arabico adqñavit, ac edidit, Oxonii 1654-1656. & 1658. 4. & ex reliquis ejus scriptis, quæ magnam partem res Hebræorum respiciunt. Facile in iis eminent libri septem de Jure Naturæ & Gentium juxta disciplinam Hebræorum, Londini 1640. fol. impressi, & Argentorati 1665. & Vitebergæ 1712. 4. recusi, quibus omnium omnino Eridorum meruit assensum, nec memini quenquam hunc ejus laborem ex instituto impugnatum ivisse, quamvis singulares in eo nèvos taxent alii atque alii. Rechte reprehendit Puffendorfius in specimine controversiarum, quod fundamenti loco substernat Noachidarum præcepta, utpote quæ

quæ, nostra quidem opinione, ex parte saltem Juris Naturalis sunt, nunquam vero solenniter, atque ut septem numero distincta præcepta, promulgata sunt, ut fabulantur Rabbini. Leviora sunt, quæ circa Seldenum monent reliqui. Sic Groeningius taxat, quod Naturali Juri nimis misceat Hebræorum Jura Civilia. Joanni Clerico, Arminianorum in Gymnasio Amstelodamensi Professori, prolixæ nimis dispiacent digressiones. JOANNES FRANCISCUS BUDDEUS meliorem desiderat ordinem, quem tamen stitisse sibi videtur, in brevi, at eleganti Synopsi Juris Naturæ & Gentium juxta disciplinam Hebræorum, ex Seleno extracta, & prium, Halæ 1695. 8. edita, postea vero Vitriarii Institutib⁹ Juris Naturæ & Gentium una cum historia Juris Naturæ adjecta Halæ 1701. 8. & in selectis Juris Naturæ & Gentium Buddeanis repetita, Halæ 1704. 8. recusa etiam Lugduni-Batavorum 1704. 8. & Francofurti 1717. 8.

I. I. 3.
I. IV. 6.

Nota. I.

II. V. 6.
II. VII. 18.
III. II. 7. 8.
III. IV. 8. 11.
III. V. 15.
IV. II. 7.
II. VII. 1.
IV. II. 9.

BUDDEUS Anclamensis Pomeranus Vitebergæ & Jenæ literis operam dedit, postea Ernesti Augusti Vinatiensium Ducis studijs præfectorus, hinc in Gymnasio Coburgensi, deinde in Academia Halepæ, tandem in Jenensi, Professor evaluit. Præter memorata scriptis

Schediasma de Origine Cardinalitatem dignitatis, Jenæ 1692. 12. Dissertationem de Concordia religionis statusque Civilis, Halæ 1701. 4. & 1711. 8.

De testamentis Sumariorum Imperantium, speciatim Caroli II. Hispaniæ Regis, Halæ 1701. 4. cui dissertationi cum Autore Memoriarij Trivulcidarum quædam opponerent, edidit

Ulteriorem disquisitionem de Jure Gentis Austriacæ in Regnum Hispanicum, Halæ 1702. 4. ad quam regessit quædam Autor anonymus, de renunciatione successionis linealis cognaticæ. 1711. Porro Buddeus scriptis Imperatorum Imperique Procerum Gravamina adversus sedem Romanam, Jenæ 1719. 4.

Dictionary universale historicum, Lipsiæ 1710. fol.

Elementa Philosophie Theoreticæ & Practicæ.

Aliaque Theologica multa, quæ cuncta videsis in Notitia scriptorum, Buddei auspicijs editorum, Jenæ 1724. 8. ex editione tertia.

I. VIII. 1.

Nota

Nota. 2.

- S**ELDENI reliqua scripta potiora sunt
- De Synedriis & Praefecturis Veterum Hebraeorum, libri 2. Londini 1650. 4.
- Uxor Hebraica, sive de nuptiis ac divorciis libri 3. Londoni 1646. 4. & Francofurti ad Viadrum 1673. 4.
- De Successionibus in bona defuncti secundum Leges Hebraeorum, Londini 1636. fol. & Lugduni-Batavorum 1638. 8. & Francofurti ad Viadrum 1673. 4.
- De Successione in Pontificatus Hebraeorum, lib. 2.
- Dissertatio de Diis Syris, sive de numinibus commentitiis in Veteri Testamento memoratis, Syntagmata duo, Londini 1617. 8. Lugduni-Batavorum 1629. 8. & opera Andreæ Beyeri, Lipsiae 1668. & 1672. 8.
- De anno civili & Calendario Judaico, Londini 1644. 4. & Lipsiae 1678. 4. & Lugduni-Batavorum 1689. 8.
- Liber de nummis, Londini 1675. 4. & Rothomagi 1678. 8.
- Titles of honour, sive Tituli honorum, Anglice 1631. & la- III. V. 12. tine cum notis SIMONIS JOANNAE ARNOLDI, Francofurti 1696. 4. ll. X. 30
- Discourse of the office of the Lord Chancellor of England, London 1671.
- Of Parliaments.
- Discourse of Government, with Bacon's Additions, 1689. fol.
- Janus Anglorum, seu de Jure Anglo-Britannico, 1610. 8.
- Analectæn Anglo-Britanicæ lib. 2. seu de civili administratiōne Britanniæ Magnæ usque ad Normanni adventum, Francofurti 1615. 4.
- Table - Taick five Sermones Convivales, 1696. 8.
- Traſt proving Christ's Nativity to be on the 25. Dec. London 1661. 8.
- Originale of the Duell or single Combatt, London 1610. 4. III. III. 6.
- Notæ & Spicilegium ad Eadmeri, Monachi, historiam novorum, seu sui seculi, libris 6. Londini 1623. fol.
- Fleta, seu Commentarius Juris Anglicani sic nuncupatus, Londini 1647.
- Note ad J. FORTESCUE de laudibus legum Angliae, Londini 1616. 8.
- Marmora Arundeliana cum aliquot inscriptionibus Veteris Latii, Londini 1618. & 1629. 4. quæ tamen auctiora edidit HUMPHRIDUS PRIDEAUX, ædis Christi alumnus, sub Tit. Marmora Oxoniensia ex Arundelianis, Seldenianis, aliisque conflata, Oxonii 1676. fol.
- Mare claufum, seu de Dominio maris lib. 2. Londini 1635. fol. & 1636. 8. III. I. 30
- I 9
- Vindi-

Vindiciae existimationis sua de scriptione maris clausi, concess
Petrum Baptistam Burgum, Londini 1653. 4.

§. 2.

Hobbe. Hobbesio autem quo minus eminentiorem inter Juris
suis, ejus Naturalis Doctores locum tribuamus, vel id in causa est,
que Vita quod prima saltē ejus principia tangat, mala sēpe bonis
& Judi- misceat, injustum pro justo, venenum pro medicina vendi-
cium detet. Eruditionis quidem laudem ip̄si reddere dubiam haud
co.

Hobbesio autem quo minus eminentiorem inter Juris
suis, ejus Naturalis Doctores locum tribuamus, vel id in causa est,
que Vita quod prima saltē ejus principia tangat, mala sēpe bonis
& Judi- misceat, injustum pro justo, venenum pro medicina vendi-
cium detet. Eruditionis quidem laudem ip̄si reddere dubiam haud
cupimus. Anceps potius, ac judicatu difficile censemus,
utrum patria ejus Malmesburia, ubi 1585. natus est, plus
ob celeberrimum suum civem, atque Anglorum historicum,
GUILIELMUM MALMESBURIENSEM, an hunc suum Hob-
besium gloriari queat. Ex altera vero parte in perniciosissi-
mos errores eum prolapsum deprehendimus. Quod enim
autodidactorum triste solet esse fatum, ut spretis sagaciorum
monitis, suis inhāreant unice, omniaque ad famam, par-
tiumque studia, quibus pro status sui ratione trahuntur, re-
digant, idem Hobbesio accidisse videmus, qui perditionis
annos vocare haud veretur tempus illud, quod Oxonii in
optimarum literarum cultu collocavit, in quo tamen, quam
bene versatus fuerit, vel ex sola patet Thucydidis versione,
quam Londini 1629. fol. Anglice adornavit, nec non ex
Poëmate, quod de Mirabilibus Peccæ conscripsit, & ex
Elegia, qua vitam suam complectitur, quam tamen fusius
descriptam, una cum Elegia illa, vide in Vita ejus ab Anony-
mo (sub quo latet **RADULPHUS BATHURST**, Vice-Can-
cellarius Oxoniensis, seu quod Thomasi mavult, **JOANNES**
ALBERICUS seu Aubery) edita Carolo poli 1681. 12.
(Deckherus editionem de 1679. citat, de qua tamen nobis
non constat) Adde **ANTONII a WOOD** Historiam & An-
tiquitates Universitatis Oxoniensis 1674. fol. editas, ubi
multa de Hobbesio nostro reperties, qui peractis aliquot in
Academia annis, præfiebatur studiis filiorum Comitis De-
vonensis, Gervasii Kliftonis, cumque ea occasione ter-
adiret Galliam, Italiāque, nihil accidit ipsi jucundius, quam
ut in Gallia suo magis ingenio quam aliorum ope adju-
tus,

tus, Mathesin disceret, atque ex itinere reduci speculari ac philosophari summæ erant deliciae. Bello superveniente 1640. in Galliam se recipere cogebatur, ibique de cive libellum profugo pariter in Galliam Regi Carolo II. inscriptis, tantamque apud eum gratiam iniit, ut Regem quoque Mathesin docere dignus haberetur. Cum autem Leviathane suo edito Sacrorum Doctores in se concitaret, eorum machinationibus factum est, ut Regia excideret gratia. Quare a carcere sibi metuens, in Angliam redit, ubi apud Devoniam Comitis Viduam (comes enim jam dum mortuus erat) delituit, usque dum ope Episcoporum quorundam apud Regem, 1661. Londinum reducem, in pristinam rediret gratiam. Atque sic reliquum vitæ spatum in solo fere potu & motu querens, magnaue eruditiois fama sibi parta, obiit 1679. ætatis 94.

§. 3.

Opera ejus Philosophica conjunctim prodierunt Amste-Hobbesii Iodami 1668. 4. Ex iis ad Jus Naturæ pertinent. scripta

1. *De Cive elementa, in tres partes distincta, libertatem Juris puta, imperium, & religionem.* Prodierunt primo Nat. omnium sub Titulo Sectionis tertiae Elementorum Philosophiae de Cive, Parisiis 1642. 4. recusa saepius 1646.
12. Amstelodami 1647. 1657. 1669. 1673. 8. Hala 1704.
12. Gallice autem versa 1649. 8. & Anglice 1651. 8.
2. *De Corpore Politico liber, or the Elements of Law,* London 1650. 8. & Gallice sub Titulo, le Corps politique, ou les Elemens de la loy morale & civile.
3. *Leviathan or concerning Commonwealth.*

Nota.

Leviathan nomine, quod alias vastam imbensimque balenam denotat, Hobbesius corruptum Reipublicæ statum significare voluit, ad imitationem Jobi XL. & XLII.

Sive de Civitate Ecclesiastica & Civili, Londini, Anglice 1651. in fol. & 8. & latine 1676. 4. qui liber latius multo patet,

paret, quam ille de Cive, & in quatuor partes dispescitur, prima agit de homine, tanquam materia Civitatis, altera de creatione & structura Civitatis, tertia circa Civitatem Christianam & Religionem occupatur, ultima de Regno tenebrarum inscribitur, ubi ex superstitionis, ignorantiae & Ethniciſmi tenebris erudite ac ingeniose quidem multa deducit, quæ ipſi in ſtatu Politico & Ecclesiastico improbanda videbantur. Multa vero pernicioſiſima quoque, scandalique plena, circa ſacra pariter ac civilia admifcet, quæ a non-nullis ipſi cum Platone, Vaninio, Peirerio, Beverlando, Helmontio, aliisque, dicuntur communia. Imo Leviathanis hujus lectione Benedictum Spinozam ad Atheiſmum fuſſe ſeductum, judicat Henricus Morus, teſte Joanne Wolfgango Jaegero in diſſertatione de Vita Spinozae Tübinger 1710. 4.

Nota.

His Hobbesii scriptis addi poterunt: *The questions concerning liberty, necessity and Chance, stated and debated between Bishop Bramhall and Thom. Hobbes, London 1656. 4.*

§. 4.

Hobbesii Ex omnibus his scriptis appetet, Hobbesium usque ad Adver- cœli & terræ offendionem novitatis captandæ fuſſe avidum, farii An- neque injuria eum reprehendi ab adversariis. Laudandus gli. omnino eſt ANGLORUM candor, qui, nulla Civis ſui ra- tione habita, plus in eo confutando laborarunt, quam reliquæ nationes omnes. Ipsi Oxoniensis Academia peculiare contra Hobbesii libros promulgavit decretum anno 1683. Inter privatos autem primus, quantum memini, Hobbeſio item movit.

Sir ROBERT FILMER, in his Observations concerning the Original of Government against Hobbes, Milton, Grotius, and Hunton, London 1652. 4. Hunc ſecuti ſunt SETHUS WARDUS, Episcopus Sarisburiensis, cuius exercitatio Epistolica in Thomæ Hobbi Philosophiam cum appen-

appendiculo responsorio ad calumnias Hobpii, in Autorem congregatas, prodiit Oxonii 1656. 8.

GEORG L A W S O N in his examinations of the political part of Mr. Hobbes's Leviathan, London 1657. 8.

ROBERTUS S C H A R R O C K I U S de Officiis secundum Jus Naturæ, Oxonii 1666. 8. & Londini 1682. 8. & opera SAMUELIS REYHERI, Mathematum Professoris Gothani, Gothæ 1667. 12.

Nota.

Inseruit Scharrckius huic libro caput satis curiosum, de habitu crinis, occasione convivii cujusdam in Belgio celebrati, cui duo Presbyteri reformati intererant, unus reflectos capillos, alter comam alens. Hujus comam reprehendens alter, hunc Juris Naturæ temeratorem appellavit, ob dictum 1. Cor. XIV. 14. quo facto multi comati a Communione arcebantur, donec SALMASSUS scriberet librum, sive Dialogum, inter Crinitum & Curtium, de Coma mulierum & Cæsarie Virorum Lugduni-Batavorum 1644. 8.

Scriptit quoque Scharrckius judicia de variis incontinentiæ speciebus, Tubingæ 1667. & 1668. 8.

Item. De finibus Virtutis Christianæ, Londini 1673. 4.

Item. Jus provinciale Vetus Provinciæ Cantuarientis, Oxonii 1664. 12.

Omnium optime nostro quidem iudicio in Hobbio confutando versatus est RICHARDUS CUMBERLAND, in disquisitione philosophica de Legibus Naturæ, Londini 1672. 4. & Francofurti & Lubecæ 1683. & 1694. 8.

Illustratum Cumberlandum edidit DANIEL RINGMACHER, Ulmæ 1693. 4.

Nota.

Scriptit quoque Cumberland of Jewish Weights 1686. 8.
Item de arcæ Noæ magnitudine, Londini 1686. 8.

Sequitur JOANNIS TEMPLERI Idea Theologiae Leviathanis, Londini 1673. 8.

THOMAS TENNISONIUS Anglicum contra Hobbesium edito

K

dit Tractatum : the Creed of Mr. Hobbes examined, London 1671. 8.

Tandem EDUARDUS, CLARENDONIAE Comes, scripsit a brief View and Survey of the dangerous and pernicious errors to Church and State in Mr. Hobbes's Book entitled Leviathan, Oxon. 1676. 8. Utrumque jure estimant Angli, at dolent exteri in linguis suas nondum translatum.

JOANNEM BRAMHALLUM & GUILIELMUM PIKE quoque inter Hobbii adversarios numerat Glafey, *im Ver-
nunft- und Völcker-Rechte* pag. 32. §. 47. Confer dicta supra §. 3. in fine.

§. 5.

Hobbessi E BELGIS in Hobbesium animadvertisunt ADRIANUS
Adversa-Cocquius, qui contra Hobbessi de Cive libellum scri-
rii Bata-psit, Ultrajecti 1668. 12. Cum eo confundendus non est
vi.

GISBERTUS COCQUUS, Pastor Cockengensis, pariter
Belga, qui contra Hobbii de Cive Tractatum duas habuit
dissertationes, unam de Lege in communi, alteram de
exemptione Principis a Lege & Imperio, edidit Ultrajecti
1661. 12. ubi annexa reperitur D. Gisberti disquisitio
textualis 1. Sam. VIII. de Jure Regio Hebræorum.

ADRIANUS HOUTUYN JCtus Belga in Politica con-
tracta generali, Hagæ-Comitum 1681. 8. ad calcem errores
Hobbelianos indicavit, indeque eos repetit Groeningius in
Bibliotheca Juris Gentium Europæa p. 251. Ceterum hic
Houtuyn idem ille est, qui Reipublicæ suæ Batavicæ, quam
Hagæ-Comitum 1689. 12. ediderat, exempla tradere, ac a
Belgii Ordinibus Sacramento afferere cogebatur, quod
nulla prorsus ejus exempla retinuerit, nec in posterum hac
de re quicquam scripturus sit.

Tandem quoque ULRICUS HUBERUS in libro suo
de Jure Civitatis passim sibi Hobbium refutandum sumvit.

Hobbessi

Adverta-

rii Ger-

mani. tes.

§. 6.

GERMANI in Hobbesium calamus strinxerunt sequen-
JOAN-

JOANNES ADAMUS OSIANDER, in typo Legis naturalis,
Tubingæ 1669. 4.

I. III. 6.

SAMUEL STRIMESIUS, in Praxiologia apodictica, seu
Philosophia Morali demonstrativa, pythanologiarum Hobbesianæ opposita, Francofurti ad Viadrum 1677. &
1697. 4.

I. V. 11.

LUDERUS MENCKENIUS Hobbesii Epicureismum dedit.
JACOBUS SCHALLERUS dissertationem contra Hobbesium
habuit, Argentorati 1653. 4.

ADAMUS RECHENBERGIUS dissertationem de Origine
& usu Scholarum contra Hobbesium scripsit, Lipsiæ
1684. 4.

HENRICI COCCEJI extat dissertatio hoc Titulo: Leviathan refutatus & expositus 1677, recusa 1704. 4. Scripsit
idem Coccejus Prudentiam Juris Naturalis, quam edit
did **ERNESTUS KESTNER**, Professor Rintelensis,
1698.

Eiusdem adhuc Cocceji extat dissertatio, de principio Juris
Naturalis unico, vero & adæquato, Francofurti 1699.
4. quam fusiſ explicuit, atque ab aliis vindicavit, filius
SAMUEL COCCEJUS, Professor Viadrinus, postea
Conſiliarius Dicasterii Halberstadiensis, in Tractatu de
principio Juris Naturalis unico, vero & adæquato, Fran-
cofurti 1702. 4. contra quem scripsit Hertius.

H. V. 8.

Fran. II. XI. 13.

FRANCISCUM JULIUM CHORIUM de potestate & obli-
gatione, Lipsiæ 1650. editum, inter Hobbii adversarios
refert Thomasius in Historia Juris Nat. p. 3. præf. &
p. 84.

Taceo **PUFFENDORFIUM**, qui in Operibus suis passim eru-
dite ac solide refutat Hobbesium, aliquando tamen in-
caute eum sequitur.

De PROELEO vide posit. VIII. voce Proeleus.

§. 7.

Non tamen defuerunt, qui, Hobbesii partes in se suscipientes, ab aliis eum vindicarunt. Sic

Hobbesii

Affectiones

& Defen-

LAM-fores.

K 2

LAMBERTUS VELTHUYSEN, Medicus Belga, edidit Epistolicam dissertationem de principiis justi & decori, continentem Apologiam pro Tractatu Hobbeo de Cive, Amstelodami 1651. 12. in qua quidem editione nomen reticuit. Extant ejus opera conjunctim, Roterodami 1680. 4. & seorsim Tractatus de Justitia Divina & humana, Trajecti 1664. 12. item Tractatus de pudore naturali & dignitate hominis.

JOANNES CHRISTOPHORUS BECMANNUS, Professor Viadrinus, quoque nonnulla in Hobbiī favorem attulit passim in Meditationibus suis politicis, iisque addita Politica parallela, Francofurti ad Oderam 1693. 8.

Grøeningius Autor est, **KETWIGIUM** quendam J. V. D. de Veritate Philosophiae Hobbesianæ contra Huberum Epistolam ad Feltmannum JCTum scripsisse.

II. X. 5.
II. XI. 4.
III. III. 6.
IV. III. 9.

Tandem etiam **NICOLAUS HIERONYMUS GUNDLINGIUS**, Halensis Professor, Hobbesii patrocinium suscepit in Observationibus quibusdam Halensibus, & peculiari dissertatione, cui Titulus: Status naturalis Hobbesii defensus &c. Hale 1706. 4.

Nec prætereundum est, **CHRISTIANUM THOMASIUM** sapientis strenuum Hobbiī, Hobbianorumque dogmatum egisse vindicem.

Si tamen dicendum quod res est, neque dum famæ & existimationi Hobbesianæ satisfactum est, & omnino operæ pretium foret, ejusdem saniora, licet forsitan primo intuitu paradoxa dogmata, ulterius vindicatum ire, ne cum exoso Hobbiī nomine, cuncta ejus, sive bona, sive mala sint, proscripta cupiamus.

§. 8.

Hobbesii reliqua scripta, maximam partem Physica & Mathematica, nisi ad aliud pertinerent scripta. Pergeremus ad reliqua Hobbiī scripta, maximam partem Physica & Mathematica, nisi ad aliud pertinerent scripta.

Nota:

Nota.

Eminent in iis

Elementorum Philosophiae Seccio I. de Corpore, Londini 1655. 8. & Anglice 1656. 4.

$\Sigma\tau\gamma\mu\alpha$ contra D. W. (Wallisium) Londini 1657.

Dialogus physicus de natura aëris, Londini 1661.

De principiis & ratiocinatione Geometrarum, 1666.

Quadratura Circuli, Cubatio Sphæræ & Duplicatio Cubi 1669. 4.

Principia aliquot Geometrica ante desperata, nunc breviter explicata, & demonstrata, Londini, 1673. 4.

Rosetur Geometricum cum censura doctrinæ Wallianæ de Motu, Londini 1669. & 1674. 4.

Examinatio & emendatio Mathematicæ hodiernæ & Dialogis, Londini.

Six lessons to the 2 Savilian Professors, London.

Sed & in his suos invenit adversarios. In materia reflexionis & refractionis lis ipsi intercessit cum ipso CARTESIO. Vide Epistolas Cartesii Parisiis 1666. 4. editas. Omnia autem acerri-
mus Hobii hostis extitit JOANNES WALLSIUS, Oxonii Mathe-
matum Professor Savilianus.

Nota.

Dedit hic

Elenchum Geometriæ Hobbiani, Oxonii 1655. 8.

Correction for Mr. Hobbes, in answer to his Six lessons to the Pro-
fessors of Mathematicks, Oxon, 1656. 8.

Hobbium Eautōv τιμοργίμενοv contra dialogos Hobbii, Oxon.
1661. 8.

Animadversiones in Hobbium de principiis & ratiocinatione Geo-
metrarum, quæ extant in Actis Philosophicis Societatis Anglia-
nae 1666. mens Aug. p. 139. edit: Amstelodamensis 1674. 1. 2.

Hobbiani puncti disputationem, oppositam Hobbii $\Sigma\tau\gamma\mu\alpha$,
Oxon. 1667.

Quadraturam Circuli & Cubationem Sphæræ confutaram, Oxon.
1669. 4. cui cum opponeret Hobbius defensionem, Wallisius re-
posuit respositionem eodem anno.

Lucem Mathematicam excussam collisionibus Thomæ Hobbii, mul-
tis auctiā radiis, Londini 1674. 4.

§. 9.

de Hobbesio Ju-dicia. Glorietur autem quantum voluerit Wallisius de dcvicto Hobbesio, certe in Mathesi non plane fuisse hospitem , majorem tamen politicis suis scriptis famam sibi acquisivisse Hobbesium, ipse fatebitur. Facebat igitur Sarcmasius sive Schurzfleischius, qui eum partam Mathesi gloriam, famamque, immane quantum prudentiae studiis labefactasse ac corrupisse, inepte judicat. Neque est quod dicas , magnam quidem Hobbesii inter Politicos esse famam, sed parum forsan laudabiliorem, ac Pilati in Credo. Non enim minus in Mathematicis delirat Hobbesius , quam in Politicis, tamque futilia saepius assert, ut paria a nemine , nisi puero aut autodidacto , proficiunt possint. Pessimum contra, quod ipsi circa politica objici poterit, est, quod Socialis vitae principia explicit vere , sed male applicet. Qui enim ipsi ab aliis tribuitur Atheismus, ad ea pertinet, quæ vulgo quidem, sed perperam & falso ipsi affinguntur. Suo etiam loco relinquimus , quantum tribuerit Philosophiae Epicureorum, quam, Gassendi amicitia ductus, in moralibus, sicut ille in physicis, secutus dicitur. Certe si partibus studuit, unice id fecit blandiendo nimis Regi suo, Carolo II. Ideoque, bellum omnium in omnes, tanquam principium ad Anglia statum vnde turbulentum optime quadrans, tantisper assumpsit, quod tamen dum facit, ipsum sibi non constare , recte monet Cumberlandus , sub finem ita concludens: Hobbium præ se ferre munera Principibus una manu offerre , altera manu gladium in eorum pectora perfide adigere. Huic ejus vitio merito jungitur fastus nimius, tantoque Philosopho indignus. Quanta quanta enim noverit, se ipsum tamen eum haud novisse, apparet, dum in dedicatione principiorum & ratiocinationis Geometrarum scribit: se invadere totam Geometrarum nationem, nullumque hujus Seculi judicem agnoscere, se eorum, qui de iisdem rebus secum aliquid ediderint, aut solum insanire, aut solum non insanire, quod posterius innuere videtur, dum posteritatem pro sua opinione judicium laturam sperat. Sic quoque in prefatione libri de Corpore asserit, Philosophiam civilem, libro quem de Cive scriperit, antiquiorem haud esse.

Nimia

Nimia hæc de se ipso opinio tantam apud eum famæ peperit famem, ut ad illam consequendam omnem moverit lapidem. Legi hanc in rem meretur admonitio ad Lectorem, præfixa Antiquitatibus Oxoniensibus Antonii a Wood, ubi Hobbesium dicit sub nomine cuiusdam J. A. transmisso Epistolam in laudem Hobbesii huic Operi inferendam, eam tamen, quod castigari mereretur, insertam haud fuisse. Ab his itaque si discedas nævis, qui hominem fuisse Hobbiūm arguunt, non poteris non immortali eum laude dignum prædicare. Sine eo enim nunquam Puffendorfum in tanto famæ atque honoris, Naturæ autem Jura in tanto, quo nunc sunt, perfectionis fastigio conspiciemus. Hodie autem, cum ea, quæ bona Hobbius attulit, a Puffendorfio, Thomasioque, in ordinem redacta, mendisque purgata habeamus, omnino libris ejus superfedere poterimus.

Posit. VIII.

Imo, quos supra commendavimus, Ju-
ris Naturalis Doctores ita nobis sufficere
poterunt, ut reliquis omnibus carcer nos
facile posse arbitremur.

§. I.

Ne tamen quid omississe videamur, eorum, quæ succur-
runt, nomina breviter apponemus.

ANONYMI Sciographia Juris Naturæ, Jenæ 1679.

- - - Einleitung zum Natur- und Völker- Rechte, Halle 1708. 8.

BERNS (Michaelis) Rechte der Natur aus der Natur, Hamburg.

1703.

BEYERI (Georgii) Juris Professoris Vitebergensis, delineatio Juris Divini naturalis & positivi universalis, positib[us] succinctis comprehensa, Vitebergae 1712. 4. & II. 1. 6. no[n]. Lipsiae 1716. & 1718. 4. Ad institutiones Thomasianas in primis est efformata.

Ejus-
IV. H. 50

Eiusdem dissertationes & Opuscula de Selectis Juris publici & privati argumentis, prodiere Lipsiac 1723. 4.

Eiusdem delineatio juris Germanici, opus posthumum, editio secunda per D. CHRISTIANUM GODFREDUM HOFFMANN, Lipsiae 1723. 4.

II. V. 7. BODINI (Joannis Henrici) Rintelensis primum, nunc Halensis Professoris, Vindiciae Juris Naturae seu Jus Mundi, 1698. editum, omnia ex Creaturarum ordine deducit, recusum Halae 1711. 4.

II. IX. 2. BRUCKNERI (Guilielmi Hieronymi) Professoris Jenensis, Specimen Juris Naturae. 1715.

III. IV. 3. 17. BUDDENS (Joannes Franciscus) in Philosophia Practica lib. 2. Jus Naturae tradit. Prodiit illa primo omnium, Halae 1697. 8. recusa ibidem 1703. & 1712. 8.

de CHERBURY (Edoartus Herbertus) Baro Anglus, de Religione Gentilium, Amstelodami 1663. 4. & de causis errorum & veritate, 1656. 12. multa ad Jus Naturae pertinentia affert, sed viam Atheismo sternere dicitur.

I. VII. 6. COCCÉJI (Henrici) Bremensis , at Juris Professoris Heidelbergensis, Traiectini ac Viadrini , tandem Consiliarii intimi Borussici, Positiones pro explicatione Juris Gentium cum Commentario FRIDERICI HERMANNI CRAMERI, prodierunt Lemgoviae, 1703.

III. III. 9. 11. Ejusdem Cocceji prodromus Justitiae Gentium lucem aspergit, Francofurti ad Viadrum 1719. 8.

16. 18. 19. 21. 25. Ejusdem Antinomia Juris Gentium autem ibidem 1720. 8.

27. 28. CRAMERI (Friderici Hermanni) Tractatus Juris Gentium ad ductum positionum Coccejanarum, Lemgoviae 1714.

IV. I. 6. 15. IV. II. 4. DILHERRI (Johann. Michaelis), Antislitis Noribergensis, Jus Naturae & Gentium, Helmstadii 1649. 4.

III. IV. 19. EISENHARDI (Joannis) Professoris Helmstadiensis, Institutiones Juris Naturae, Helmstadii 1674. & 1684. 12. & 1691. 8. qui etiam historiam Juris Naturae, sed compendiosam nimis praemittit, methodo progreditur Aristotelia juxta Virtutum genera , in primisque juri privato universali optime inservit.

Scripsit quoque Institutiones Moralis Scientiae, Helmstadii 1699. 8.

De

De fide historica, Helmstadii 1702. 8.

Dissertationem de varia communione & proprietate iuriū, Helmstadii 1679. 4.

De usū principiorum Moralis Philosophiæ in Jure Civili condendo & interpretando, Helmstadii 1676. 4.

FERBERI (Joannis Jacobi) Philosophiæ Adjuncti Vitebergensis, Philosophia Juris Naturalis, Vitebergæ 1706. 4.

FLEISCHERI (Joannis Laurentii) Professoris Halensis, Institutiones Juris Naturæ & Gentium, secundum principia Thomasiana conscriptæ, & editæ Halæ 1722. 8.

GENTZKENII (Friderici) Juris Divini naturalis prudentia, Kilonii 1721. 4.

GERHARDI (Ephraimi) Aulæ & Regiminis Saxo-Vinariensis Advocati, postea JCti Altorffini, delineatio Juris Naturæ, Jenæ 1712. 8. Principia Thomasiana præsttim sequitur. Autor quoque sub Thomasio defendit Vindicias distinctionis inter Paragia & Apanagia. Scriptus quoque *Unvorgreiflichen Begriff vom Verstände und Willen des Menschen*, Halle 1708. 8.

GLAFER (Adami Friderici) Professoris Lipsiensis, Vernunft- und Völcker-Rechte, nobis einer Histori des Vernünffigen Rechts, und einer vollständigen Bibliotheca Juris Naturæ & Gentium, Franckfurtæ und Leipzig 1723. 4.

I. VI. 2. 8.
III. IV. 7.

I. L. 3.

Scriptus quoque Kern, Teutscher Reichs-Geschichte, sive Historiam Germaniæ polemicanam, Lipsiæ 1722. 4.

Kern der Geschichte des Chur- und Fürstl. Hayns zu Sachsen, Franckfurtæ 1721. 8. & Leipzig 1723. 8.

Grund-Sätze der Bürgerlichen Rechts-Gelehrsamkeit.

Den meditirenden Eclecticum.

Disquisitionem Juris Naturæ & Gentium de justo Gyl-lenborgii & Goertzii, Sueciæ Legatorum, Arresto, anonymus Francofurti & Lipsiæ 1717. 4.

Dissertationem inauguralem de Jure præcedentia fœminarum.

De collisione legum naturalium, Jenæ 1713. 4.

De jurisdictione voluntaria extra territorium non exercenda, Lipsiæ 1719.

De Titulo Domini atque Baronis, Tübingæ 1716. 4.

II. X. 5.

Geschichts,

L

Geschichts-mässige Erörterung der Frage: ob ein jeder Chur- und Fürstl. Sächsischer - Lehns-Mann zugleich ein Landsäss und Unterthan sey? Wie auch, was es vor eine Beschaffenheit mit der Sächsischen Erb-Huldigung habe? Leipzig 1719. 4. occasione controversiae Schwarzburgicæ scripta.

Promisit idem Glafey

III. V. 11.

Opus de Jure præcedentiaz.

Eine Rechts-Historie.

Jus publicum Bohemiæ.

Recht der Souverainen, sive Jus publicum Universale.

Supplementa seines Vernunff- und Völcker-Rechtes.

GRIBNERI (Michaelis Henrici) Principia Jurisprudentiaz

II. I. 4.

Naturalis recensebimus infra. Hic loci saltem notamus, quod Autor dibiis movendis quam solvendis aptior, & brevis nimis videatur.

II. XI. 4. 10.

HARPRECHT (Stephanus Christoph.) etiam, ni fallor, Juris Naturæ scriptis Compendium.

HASSEN (Martinus) Moralium Professor Vitebergensis, in Synopsi sua prudentiaz Moralis Vitebergæ 4. 1719. edita part. 2. & 3. Jus Naturæ & Gentium tradit.

HOMBERGK zu VACH (Joannis Friderici) Professoris Juris Hamburgensis, Hypomnemata Juris Gentium edita a CASPARE à RHEDEN, Juris Professore Bremensi, Bremæ 1721. 8. non sołas Juris Gentium, sed Naturalis quoque materias tradit, easque a Politica vult distinguere.

Ejusdem Hombergii de Jurisprudentia rationali liber prodiit, Marpurgii 1722. 4.

II. II. 1.

HORNII (Joannis Friderici) Brigensis Silesii, dissertatio de subjecto Juris Naturæ, Trajecti ad Rhenum 1663. 12. vix huc poterit referri. Magis huc facit ejus Politicorum Pars Architectonica de Civitate, Trajecti 1664. 12.

II. IV. 2.

Ejusdem dissertatio de causa Majestatis prodiit Vitebergæ 1659. 4.

III. III. 8.

De modis habendi Majestatem, ibidem 1661. 4.

III. IV. 3.

Dissertatio, cui Majestas competit? ibidem 1657. 4.

IV. II. 7.

De

De obsequio subditorum, 1659. 4.

IYONIS Parisini Jus Naturale rebus creatis a Deo constitutum, Parisius 1658. fol. nobis non vixum, forsan idem est cum Yonis Parisini Digesto sapientiae, in quo scientiarum omnium, rerum divinarum ac humanarum nexus, & ad prima principia reductio ostenditur, 3. Tomis Parisius 1659. Sed cum Autor Monachus fuerit Capucinus, vix est ut in hoc scriptionis genere solidi quid ab eo expectes.

KEMMERICHII (Dieterici Hermanni) Academic der Wissenschaften parte 2. silit einen Entwurf des Juris Naturae & Gentium. ^{I. V. 15.}

Eiusdem extat dissertatio de relaxatione juramentorum.

De jure circa statuas Mercuriales, von Post- und Wegesoulē. Vitebergæ 1723. 4.

Jus publicum, de quo alibi.

De majori Principum aetate, seu quando Tutela Principium finiatur, Lipsiae 1714. 4. ^{IV. I. 16.}

De Corona Borussiæ, Commentarius historicus in Numisma Borussicum, Lipsiae 1704. 4.

Grund-Sätze des Volcker-Rechts von Unverletzlichkeit derer Gefanden, Erlang 1710. 4. ^{III. III. 11.}

Dissertatio de donationibus Conjugum Illustrum, Vitebergæ 1725. 4. ^{IV. II. 2.}

KESTNERI (Henrici Ernesti) Professoris Rintelensis, Jus Naturæ & Gentium, Rintelii 1705. 4. ^{II. V. 7.}

Edidit quoque Cocceji prudentiam Juris Naturæ 1698. ^{III. II. 4.} I. VII. 6.

Scriptū adhuc idem Kestnerus Introductionem ad studium

Jurisprudentiæ, Rintelii 1704. 4.

Dissertationem de principiis Jurisprudentiæ modernæ, Rintelii 1710. 4.

De Jurisprudentia papizante, Rintelii 1711. 4.

Jus Principis circa sacra.

II. VII. 19.

De jure reformati in sacrīs.

De potestate Principis in subditos.

II. II. 3.

KOEDERITZENS (M. Christophori) Gründliche Einleitung zur Erkennniß des Natürlichen Rechts, Chemnitz 1725. 8.

Methodo erotematica leviter conscripta.

L 2

Kose.

KOSERI J. G. *Institutiones Morales ad mentem Puffendorfii, Grotii &c. 1701.* 12.

LANGII (Joannis Michaelis) *Epitome Juris Naturæ, Noribergæ 1691.* 8.

MAURITII (Erici) *Itzehoensis, Professoris Heidelbergensis, Tubingenensis & Kiloniensis, tandem Assessoris Camerae Imperialis, Principia Juris publici, Tubingæ 1665. 4. & in Opusculis 1692. 4. edita, Jus Naturæ ad mentem Orientalium populorum, & Græcorum Philosophorum revocant, libros etiam & fontes ex quibus exoticarum Gentium publica jura hauriri possint, optime indicant.*

MANTZELIUS (Ernestus Joannes Fridericus) *dissertatione quadam Jus Naturæ in Compendio stitit, Rostochii 1723.* 4.

I. VII. 6. MENCKENIUS (Luderus) *Ordinarius Lipsiensis, edidit Gymnasium Polemicum Juris universi, Lipsiæ 1689. & 1708. 4. ubi tribus prioribus dissertationibus de Jure Naturæ agit, selectasque ejus controversias enodat.*

I. III. 18. MULLERI (Joannis Jacobi) *Professoris Jenensis, Institutio-
nium Jurisprudentiæ Gentium libri duo, Jenæ 1693.* 8.

I. IV. 8. II. II. 1. II. V. 7. II. VI. 3. 6. PLACCI (Vincentii) *Rectoris Hamburgensis, Accessiones Juris Naturæ, Hamburgi 1695.* 8.

III. IV. 9. 13. 18. II. VII. 10. PRAGEMANNI (Nicolai) *J. V. D. Jenensis, Positiones Juris Naturæ & Gentium in usum Auditorum, Jenæ 4.*

I. V. 15. PROELII (Immanuelis) *Grund-Sätze des Rechtes der Natur, Leipzig 1709. & 1719.* 8.

I. I. 6. Ejusdem Dissertationem de diversorum Juris Naturæ principiorum origine Lipsiæ 1703. 4. habitam, jam attigimus.

I. VII. 6. Ejusdem Religio hominis & boni Civis, contra Spinozam & Hobbiuum prodiit, Lipsiæ 1703. 4.

I. VII. 6. RECHENBERGII (Adami) *Professoris Lipsiensis, Lineamenta Philosophiæ Civilis. Accessit dissertatione de S. R. Imperii Regimento, Lipsiæ 1693. & 1711. 12. Tribus partibus sunt divisa, prima tradit Philosophiam moralem, altera Politicam, tertia Jus publicum Germaniæ.*

RECHEN-

- RECKENBERGII (Caroli Cottonis) *Institutiones Jurisprudentiae Naturalis*, Lipsiae 1714. 4. II. IX. 8.
- de ROY (Hugo) de eo, quod justum est, sive de Syncretismo Theologiae & Jurisprudentiae, Jenæ 1670. & 1679. 12.
- RÜDIGER (Andreas) Professor Lipsiensis, in *Institutionibus eruditionis L. 2. P. 2. de Jure Naturæ* egit.
- a RYSEL (Joannes Jacobus) J. V. D. Consiliarius Commissionum Saxonius, & Circuli Electoralis Praefectus, scripsit de Jure Naturæ & Gentium, Lipsiae 1689. 8. Edidit quoque *Tractatum Criticum de historia & prudenter Historica*, Lipsiae 1690. 12.
- Continuavit etiam GERARDI JOANNIS VOSSII Hist. Prof. Amstel. opus de Philosophorum Sectis, Lipsiae 1690. 4.
- SCHOOCKII (Martini) Professoris Ultrajectini, liber de Jure Naturæ, Græeningæ 1659. 4.
- SENSTII (Joannis) D. & Archi-Diaconi Rostochiensis, *Schediasma Juris Naturæ*, Lipsiae & Rostochii 1705. 8.
- TEXTORIS (Joannis Wolfgangi) *Synopsis Juris Gentium*, Basileæ 1680. 4. II. VI. 3.
II. VII. 9.
IV. II. 10.
- TITII (Gottlieb Gerhardi) *Einleitung zum Natur- und Völcker-Recht*, Hall 1701. 8. I. V. 12. 15.
II. VII. 14.
III. XI. 11.
- TULLEKEN (Arnoldi Antonii) *dissertatio de Juris Naturalis fonte*, Amstelodami 1690. 8.
- VITRIARII *Institutiones Juris Naturæ & Gentium recentissimus* supra. I. IV. 6.
- VOGELII (Joannis Gothofredi) *Breviarium Jurisprudentiae Naturalis*, Dresdenæ 1713. 4.
- WACHTERI (Joannis Georgii) *Origines Juris Naturæ*, I. VI. 9.
seu de Jure Naturæ humanæ demonstrationes Mathematicæ, Berolini 1704. 4. n. 15.
- WAGNERI (Joannis Georgii) *Juris Naturalis & Gentium liber elementarius*, Halæ 1719. 8.
- WAHL (Matthæi Jacobi) *Acromaticus Jurisprudentiae universalis typus*, Quedlinburgi 1700. 8.

I. I. 3.
I. V. 16.
II. VII. 14.
III. II. 6.
III. IV. 18.
IV. I. 6.
IV. III. 2.

WERNHERI (Joannis Balthasaris) Elementa Juris Naturæ & Gentium , Vitebergæ 1705. & 1720. 8.
Eiusdem Analecta Juris Naturæ & Gentium , Vitebergæ 1722. 8. cum dissertationibus ipsius & fratris ejus.
Habentur in analectis Notæ ad Grotium de J. B. & P. & ad Puffendorfium de Officio.

II. V. 8.
III. I. 10. 18.
III. III. 12.
III. IV. 11.
IV. I. 8.

WILLEMBERGII (Samuelis Friderici) Sicilimenta Juris Gentium prudentiæ , Gedani 1709. 8. & Lipsiæ 1711. 8.
Eiusdem dissertatione de finibus Polygamiæ , qua eam Jure Naturæ licitam assertit , habita est Gedani. Vide Struvii Biblioth. Jur. c. 13. §. 45. p. 584. ubi additum dissertationem hanc publica Senatus Gedanensis autoritate esse prohibitam , Autorem autem pariter ac Respondentem & Opponentes a Tribunali Petricovieni , ad rogum fuisse condemnatos , sententiam tamen executioni mandatam haud fuisse.

WINCKLERI (Benedicti) Soltquellensis , libri quinque principiorum juris , Lipsiæ 1615. adeoque ante Grotium prodire & pro temporum captu optimi. Prioris libri quatuor ad Jus Naturæ & Gentium , quintus ad Civile pertinent.

WOLFFII (Jacobi Gabrielis) Professoris Halensis & Consiliarii Aulici Borussici , Institutiones Jurisprudentiæ Naturalis tum privatæ tum publicæ , Halæ 1720. 8.

ZOUCHAEI (Richardi) Angli , Juris & Judicij facialis seu Juris inter Gentes explicatio , Oxonii 1650. 4. Lugduni 1651. 8. Hagæ 1659. 12. Moguntiæ 1661. 12. Multa ejus verlio germanica extat sub Titulo : *Allgemeines Völcker-Recht , wie auch allgemeines Urtheil und Ansprüche aller Völcker , Franckfurtæ 1666. 12.*

Scripsit etiam Elementa Jurisprudentiæ , Oxonii 1629. 8.
Hagæ 1665. 12.

III. IV. 2.
III. III. 11.

Descriptionem Juris & Judicij sacri Militaris & Maritime , Oxonii 1640. 4. Lugduni 1652. 12.
De Legati delinquentis judice , de quo pluribus infra.

§. 2.

Vix operæ pretium erit, singulas huc referre differentiationes Academicas, de Jure Naturæ in genere habitas, quales sunt

AMMERBACHII (Henrici) Jenæ 1655.

van der BRINCK (Andreæ) Ultrajecti 1716.

BULLENII (Joannis Valentini) Argentorati 1669.

DURRII (Joannis Conradi) Helmstadii 1650.

GLASSERI (Enochii) Helmstadii 1662.

GRIESMEYERI (Adami Friderici) Argentorati 1659.

KONHARDI (Joannis Friderici) Lipsiæ 1719.

SAGITTARII (Pauli Martini) Jenæ 1668.

SCHRADERI (Christophori) Lipsiæ 1673.

SEEBACHII (Henrici Ernesti) Vitebergæ 1692.

SCHÜLTZII (Bernhardi) Rintelii 1668.

UFFELMANNI (Henrici) Helmstadii 1674.

UNGEPAUERI (Erasmi) Jenæ 1635.

WAECHTLERI (Joannis Georgii) Vitebergæ 1700.



BIBLIO.

BIBLIOTHECAE JURIS IMPERANTIIUM.

CAPUT II.

Scriptoribus Juris Publici Uni- versalis.

POS. I.

Scripto-
res Juris
Publici
Univer-
salis.



us Publicum Universale in ge-
nere tradunt Hertiūs, Boch-
merus & Gribnerus. Alii spe-
ciales ejus materias sigillatim
persequuntur. Sic de Majestate ejusque
juribus fuse commentati sunt Zieglerus,
Huberus, Atnisaeus. Addo Bodinum.

§. I.

Illa Juris Naturalis pars, quæ Imperantium & parentium
jura atque officia tradit, Jus Publicum Universale appelle-
lari consuevit. Nam hoc ipsa re, quam indigitat,
longe est recentius. Hæc enim eum ipsis Rebus publicis ea-
dem sibi incunabula, originem atque ætatem vindicat. Illud
autem superiori seculo vix est antiquius, imo adhibitum il-
lad demum fuisse a JOANNE NICOLAO HERTIO, Pro-
fessore quondam Giessensi, Glafinus p. 233. seines Vernunft-
und Völcker-Rechts contendit, cui tamen assentiri ideo haud
possu-

possimus, quod diu ante Hertium hac Juris Publici Universalis voce Puffendorfius passim, & Seckendorfius *in seinem Christen-Staat* L. 3. c. 8. §. 6. p. 315. usi legantur. Imo solidam Juris Publici vocem si spectes, eam ne Ciceronis quidem temporibus fuisse incognitam, scriptorum ejus lectores fugere non poterit.

§. 2.

Facile interim HERTIO primum concedimus locum in Hertius. ter eos, qui Imperantium & parentium jura peculiaribus scriptis complexi, hoc Juris Publici Universalis nomen ipsis libris I. V. 3. brorum Titulis apposuerunt. Exhibituit enim Hertius in Ju- I. VII. 6. lisprudentia sua Universali, peculiari sectione, quæ in or- II. II. 2. dine est secunda, Pædiam, ut vocat, Juris Publici Universa- II. IV. 26. ll. XI. 17. lis, Giessæ 1694. 4. Conjunctionem prodierunt ejus Commen- III. IV. 7. 21. tationum & Opuscilorum de selectis & rarioribus ex Juris III. V. 14. prudentia Universali, Publica, Feudali & Romana argumen- IV. I. 8. 15. tis Tomi VI. sive Volumina duo, Francofurti 1700. & IV. II. 8. 1713. 4.

§. 3.

Boehmer-

rus.

Postea Justus HENNINGIUS BOEHMERUS, Juris Professor Halensis, Introductionem in Jus Publicum Universale edidit, Halæ 1710. 8. librum in hoc genere facile optimum.

§. 4.

IV. II. 4.

1. VIII. 1.

II. IX. 4.

III. X. 3.

IV. I. 6. 7.

M

Tandem etiam MICHAEL HENRICUS GRIBNERUS Juris Professor Vitebergensis, & Consiliarius Aulicus Dresdensis, in Principiis suis Jurisprudentiæ Naturalis libro secundo separatim de Jure Publico Universali egit. Scripsérat Gribnerus Principia hæc Vitebergæ 1710. 4. in usum Auditorum, quatuor libris comprehensa, quorum primum de Jure Naturæ in specie, alterum de Jure Publico Universali, tertium de Jure Gentium, quartum de Jure Civili Universalis

M

sali inscriperat. Paulo pleniorum hujus opusculi elaborationem edidit, Vitebergæ 1717. 8. Compendium ejus nonnemo, qui in dedicatione ipsi Gribnero inscripta se vocat **JOANNEM GEORGUM KNOBLAUCH**, Zittaviensem, adornavit hoc Titulo: Michaelis Henrici Gribneri Principia Jurisprudentiæ Naturalis in nucleus reducta, libris quatuor. Accedunt Postulata Jurisprudentiæ Civilis, Vitebergæ 1722. 8.

§. 5.

Scriptores Jurisprudentiæ Naturalis. Hi itaque, Hertius scilicet, Boehmerus & Gribnerus sunt Triumviri illi, qui de Jure Publico Universali peculiaria dederunt scripta. Merito iis jungimus **ULRICUM HUBERUM**, qui eandem quidem materiam, sub alio tamen rubro, corum. jam diu ante modo memoratos tractaverat, tribus, quos de Jure Civitatis inscripsit, libris, de quibus mox §. 7. **CHRISTIANUS MATTHAEUS KNESEBECK**, Rostochiensis, prodromum dedit Juris Publici Universalis, Rodopoli 1700. & 1705. 4. sed specimen saltet magni, quod de prætensionibus illustribus meditabatur, Operis, adeoque vix hic locum invenit. Reliqui, quorum opera Juri Publico Universali utiliter inservire poterit, specialiores materias sigillatim pertractarunt. Ex iis ad Systematicos proxime accedunt qui de **MAJESTATE** ejusque juribus scripserunt, Zieglerus, Huberus &c. nunc nobis ordine recensendi.

§. 6.

Ziegler-
rus.

CASPARUS ZIEGLERUS, præstantissimus Saxonum JCtus, Lipsiæ natus, patre Caspero itidem JCto, & Senatus Juridici Assessore, urbisque Lipsiensis Pro-Consule, cuius jussu noster ingeni facultatem ad sacram primum disciplinam, in Academia patria pariter ac Vitebergensi, convertit. Hoc tamen studii genere postmodum mutato, tantos in Jure fecit progressus, ut 1655. in Academia Jenensi laureæ Juridicæ præmia capesseret, breveque post, anno scilicet 1657. Juris Professor in Academia Vitebergensi, ac tandem

dem Ordinarius & Consiliarius Electoralis Saxonius constitueretur. Quibus dignitatibus summa cum laude functus, tandem prolapso fractus ex calculo interiit 1689. Omnipotens ipsi eruditionis laudem, scripta qui legit, denegabit nemo, nisi forsitan Antiquitatum & Historiarum notitiam paulo profundiorem in eo desiderare velis. In arte Poëtica & Italorum lingua hospitem eum non fuisse, vel inde apparet, quod primus elegantissimum illud Carminum genus, quod vulgo Madrigalium nomine venit, ab Italis mutuare, feliciterque imitari docuerit Germanos. Videatur Tractatus Ziegleri von Madrigalen, Vitebergæ 1685. 12. editus.

Theologica quam bene calluerit, testis eito supra nobis l. III. 4. laudatus ejus in Grotium Commentarius. In Juris autem prudentia incomparabilem prorsus eum fuisse, satis superque testatur aureus ille, atque hoc in primis spectans Tractatus Academicus de juribus Majestatis, in quo pleraque omnia, quæ de potestate & juribus Principis disputari solent, strictim exponuntur. Prodiit ille primum singulis quibusdam dissertationibus, sub ejus praesidio habitis, quæ postea a Consultissimo Viro revisæ, prefatione ac indice auctæ, in unum Systema collectæ sunt, Vitebergæ 1681. 4. & recusæ 1698. 4. item 1710. ibidem 4. Reliqua ejus scripta pleraque ad Jus Canonicum, in quo B. Vir præ ceteris excellebat, pertinent.

Nota.

Prodierunt autem ejus

Jus Canonicum, notis & animadversionibus Academicis ad Jo. A. N. N. P. A. L. A. N. C. E. L. L. O. T. I. Institutiones enucleatum, Vitebergæ 1669. & 1696. 4. & cum Annotationibus Joannis Henrici Bergeri. Adiecta quoque reperitur dissertatio Ziegleri de Origine Juris Canonici.

Notæ ad Joachimi Stephani Institutiones Juris Canonici, Francforti 1699. 8.

Prælectiones publicæ in Decretales, Dresden 1699. 4.

Dé Episcopis & eorum iuribus, Noribergæ 1686. 4.

Episcopus miles in Veteri Ecclesia invisus, Vitebergæ 1672. & 1719. 4. accessit dissertatio de tonsura Clericorum, habita Vitebergæ 1685.

Superintendens. Vitebergæ 1687. & 1713. 4.

M 2

Differ.

- Dissertatio de Clerico renidente , seu muneric Ecclesiastici fuga ,
Vitebergæ 1684. 12.
- De dote Ecclesiaz ejusque juribus , Vitebergæ 1676. 4.
- De Diaconis & Diaconis Veteris Ecclesiaz , Vitebergæ 1678. 4.
- Ad Can. re integranda &c. de restitutione spoliatorum , Viteber-
gæ 1671. 4.
- Commentarius ad Ordinationem Processus Saxonici , Lipsiæ 1693.
4. accessit dissertatio de Successione Conjugum.
- Decisiones 31. Lipsiæ 1699. 4.
- Disceptationes selectæ a D. GEORGIO BAYERO editæ , Lipsiæ
1712. 4.
- Dicastice seu de judicis officio & delictis , Vitebergæ 1702. 8.
- Rabulistica , 1661. & Germanica versæ sub Tit.
Der an das helle Tages-Licht gestellte Rabunst, oder Zungen-Drescher,
Dresden 1688. 4.
- Exercitationes circa Regicidium Anglorum , Lipsiæ 1652. 12.
- De singulari Electorum Saxoniz eminentia , Vitebergæ & Jenæ
1663. 4.
- De Jure fortalitionum.
- Parentalia ad busta suorum suarumque.

§. 7.

ULRICUS HUBERUS , natione Frisius , magni nominis
Huberus. Vir , in Jure & Antiquitatibus versatissimus , vix annos 21. na-
tus , in Academia Franecquerana Historiarum & Eloquentiæ ,
post triennium vero Juris Professor constitutus , in supremam
tandem Frisiæ Curiam juridicam evocabatur. Hinc dimissio-
nem petens , in Academiam iterum se recepit , impetrato Ti-
tulo Ex - Senatoris , nec non anno bis mille Imperialium sli-
ppendio , & primo in Senatu Academic o a Rectore loco , atque
adeo Franecqueræ (relicto filio haud degenere , itidem Juris
in eadem Academia Professore) obiit 1696. atatis 59. ceu re-
fert **CAMPÉGIUS VITRINGA** , Theologiæ & Historiarum
Professor Franecqueranus , in Oratione funebri , Hubero ha-
bita , & Eunomiæ ejus mox recensendæ subjuncta. Libri ejus
tres , quos hic innuiimus , de jure Civitatis inscribuntur , pro-
dieruntque Franecqueræ 1672. 4. recusi ibidem 1684. & cum
accessionibus ibidem 1694 ac tandem cum Scholiis CHRISTIANI
THOMASI , Francofurti 1708 4. Compendium ex Hubero sub Ti-
tulo Institutionum Reipublicæ , prodit Franecqueræ 1698.

Nota

Nota.

Ad cetera Huberi scripta pertinent

**De Jure Popularis, Optimatum, & Regalis Imperij, Francqueræ
1689. 8.**

Historia Civilis Tomi 3. Francqueræ 1692. 8. & 1703. 4.

**Opposuit JACOBUS PERIZONIUS, Francqueranus primus,
post Lugdunensis Professor, Specimen errorum supra centum
& viginti ex uno & primo Tomo Historia Civilis &c. Repro-
suit Huberus Specimen Epistolicum de calunnia viginti & cen-
tum errorum, & post obitum Ulrici, Zacharias. Huberus
filius acerbe invehitur in Perizonium, in præfatione ad alteram
partem dissertationum juridicarum, & philologicarum, cui
satisfecit Perizonius in præfatione ad Commentarium de rebus
gestis Seculi XVI.**

**De genuina ætate Assyriorum & Regno Medorum, Francqueræ
1663. 8.**

**Auspicia domestica exercitationum cum amoenitatibus quibusdam
aliis 1682. 8. Potiores sunt: secunda de JCto formando, tertia
de jure Publico, quarta de Frisiæ JCris, decima de Pædantismo,
quæ & annexa est a Thomasi Philosophia sue Aulicas, & a
Rechenbergio, editæ a se Edmundi Richerii Obstetrici ani-
morum, Lipsiæ 1701. 12.**

**Liber de Concurso rationis & Scripturæ 1687. 8. contra JOAN-
NEM van der WAYEN & HERMANNUM ALBAXDRUM
ROEL, utrumque tunc temporis Theologiae Professorem
Francqueranum.**

**Dissertationes Juridico-Theologicae de scederibus, Testamen-
tis &c. cum dissertatione de prætorio anno 1688. 8. cui op-
positu Perizonius disquisitionem, Francqueræ 1691. 8.**

**Economia Romana, five Censura Censuræ Juris Justinianei, opus post-
humum, eiente ZACHARIA HUBERÆ filio, Professore
Juris, 1700. 4.**

**Positiones juris contractæ secundum Institutiones & Digesta, Fra-
necqueræ 1682. 8. & cum Scholiis Christiani Thomasi, Lipsiæ
1684. 8.**

**Prælectiones ad Jus Romanum & hodiernum pars 1. 1687. 4. pars 2.
1689. pars 3. 1689. 4. Francqueræ.**

**Digressiones Justinianæ cum diatriba de ratione docendi discen-
dique Jus, Francqueræ 1670. 1674. & 1688. 4. & Leowardis
1677. 8.**

§. 8.

**HENNINGUS ARNISAEUS, Halberstadiensis, fuit Medi-Arniseus
cinæ Doctor & Professor primum Viadriñus, deinde Helmsta-**

dienensis, prout recte docet Joannes Andreas Bosius §. 12. Bibliothecæ sūx Politicæ contractæ, quæ una cum Bibliographia Historico - Politica Bœcleri anonymous prodiit, Germanopolis 1677. & 1696. 8. licet dissentiat hujus Bibliothecæ editor, ut pote qui in addita nota marginali Bosium carpit, atque Arnisæum nostrum Jenæ docuisse & obiisse falso asserit, notatus propterea a Thoma Creenio, Methodorum suarum, seu Collectionis variorum Autorum de ratione studendi Tom. 2. num. 7. p. 351. editionis Lugduno - Batavae 1696. 4. post eum a Joanne Mollero, Rectori Flensburgensi, qui fuisus de Vita & Scriptis Arnisæi agit in Bibliotheca Septentrionis eruditæ, specatimque in Hypomnematisbus ad Bartholini librum de Scriptis Danorum p. 233. Helmstadio Soram evocabatur Arnisæus noster, ac tandem Christiani IV. Danorum Regis Archiater evasit, obiitque Hafniæ 1635. Ex Scriptis ejus huc saltem faciunt

De jure Majestatis libri tres, Francofurti 1610. 4. Argentorati 1635. 4. & ibidem 1636. 8.

De Autoritate Principis in populum semper inviolabili, Francofurti 1612. 4. Notentur adhuc ejus

De Republica seu Relectionis politicæ libri duo, Francofurti 1615. 4. Argentorati 1636. 4.

Doctrina politica secundum Aristotelem, Francofurti 1696. & 1606. 4. Lipsiæ 1618. 4. Steinfurti 1622. 4. Argentorati 1648. 4. Amstelodami 1651. 12.

II. VII. 16. Reliqua ejus Scripta Logica, Metaphysica, Physica, Medica, II. VIII. 19. vide apud Mollerum l. c. Conjunction autem Opera politica Arnisæi omnia 3. Tomis distincta extant, Argentorati 1648. 4.

§. 9.

Scriptores alii de Jur. Majestat. I. III. 2. Si alios adhuc de Majestate conquerirere vellemus Commentatores, referre huc possemus THEODORUM GRASWINKELIUM de juribus Majestatis, Haagæ 1642. 4. & belgice. Ejusdem Naspoeringe van het Recht van de opperste Macht Rotterdam. 1667. 4.

ALEXAN-

ALEXANDRUM IRVINUM, qui de jure Regni diascepſin dedit
Lugduni-Batavorum 1627.8. & 1629. in 12.

JACOBI BORNITII Tractatus duos de Majestate politica, Lip-
ſia 1610. 8.

Nec non varia hujus commatis Scripta vel ab Anglis vel fal-II. XI. 8. 12.
tem apud Anglos edita, qualia sunt

JOHN BRIDGES, Bishop of Oxon, Supremacy of Christian
Princes over all persons thorough their dominions in all
causes as well Ecclesiastical as temporal, London 1573.

JOANNES BECKINSAU de supremo Regis Imperio, Londini
1546. 8.

GUiliELMUS BALL de jure regnandi & Regni, or the Sphe-
re of Government, according to the Law of God, Natu-
re, and Nations, London 1645. 4.

du MOULIN on the power of the magistrate, London
1650. 8.

ALGERNON SIDNEY on Government, London 1704. fol. qui
& Gallice versus prostat.

HOADLEY Measures of Submission, London 1706. 8.

Sed mittimus hos omnes, satiusque ducimus nonnulla de
Bodino addere. Novimus quidem, ejus de Republica opus
inter politica potissimum sibi locum vindicare, negari tamen
nequit, communi, nec tamen laudando semper Politicorum
Scriptorum more, multa Juris Publici Universalis capita ibidem
admixta reperi, quandoque etiam misceri ea necessum pror-
fus fuisse, cum, quid prudentia Politicæ sit, definiri prius ne-
queat, quam licere idem demonstratum fuerit. Quare haud
abs re erit, alia atque alia circa decantatum hoc ipsius opus
subjicere.

S. 10.

Fuit autem **JOANNES BODINU'S** Andegavensis, ex Mo. Bodinus,
nacho Carmelita Advocatus Curiæ Parisiensis, mox vero, & ejusque
hoc vitæ genere mutato, superatisque exoticarum linguarum vita.
difficultatibus, ad varios variis generis libros conscribendos
animum appulit, & inexhausta sua eruditione, immenisque
ingenii

ingenii thesauris , quos in numerato semper habuisse fertur, magnam apud Henricum III. Galliarum Regem gratiam iniit, qua cum postmodum excideret , insignem reperit fautorem in Francisco , Andium & Belgarum Duce, qui non modo eum in Angliam misit Legatum, sed in Belgium quoque ad consilium accersivit. Francisco autem præmatura morte ercepto, judicem egit Laoduni Veromanduorum, ibique septuagenario major ex peste obiit 1596. Inter Opera, quæ reliquit, postremum haud est, quod de Republica libris sex conscripsit. Prodierunt illi primo

Gallice Parisiis 1576. (imo alii 1566. ponunt) in forma octava , & ibidem 1583. 8. & Genevæ 1629. 8. Latine vero ab ipso Autore redditii, ex parte castigati, ex parte vero aucti lucem aspexerunt, Parisiis 1584: & 1586. fol. & Francofurti 1591. & Lugduni 8. Vrsellis 1601. 8. Coloniae 1603. fol. Francofurti 1609. 1622. 1640. 8. Amstelodami 1645. 12. Vrsellis 1650. 8.

Edidit quoque Bodinus Apologiam pro Republica sua, sub nomine RENATI HERPINI, reculam Francofurti 1615. 8. Syriopsin sive Medullam ex Bodino dedit JOANNES ANGELUS WERDENHAGEN, Amstelodami 1614. 12. & Marpurgi. 1638. 12.

S. 11.

Bodini
Adversarii.

Ipsum Bodini opus insignem sapit eruditionem , merito que de eo asserit Naudæus, quod elaboratum sit ingenio, ex politum industria, perfectum judicio. Nimium autem dixisse videtur, dum omnibus numeris ita absolutum ait, ut ab ipso discedere, imprudentis videri queat.

Non enim defunt magni nominis Viri, qui recte omnino sub censuram vocarunt Bodinum. Pontifex Romanus 1592. in indicem librorum prohibitorum eum referri jussit.

III. IV. 4.

FABIUS ALBERGATUS Italus, Italice contra eum scripsit, Bononiæ 1627. fol. nec non discursus politicos, Romæ 1602.

ANTO-

ANTONIUS POSSEVINUS, Jesuita Romanus, atro valde calculo notat Bodinum, in judicio de Joannis Bodini Methodo Historica, & libris de Republica & Daemonomania, quod Vrsellis prodiit in 8, & conjunctim cum Possevini judicio de scriptis de la Noue, militis Galli, Joannis Bodini, Philippi Mornæi, & Nicolai Machiavelli, Lugduni 1593. 8.

Anti-Bodini Juridici prodromum dissertatione inaugurali de-
dit **DIETERICUS COCH**, sub præsidio **CHRISTIANI KLENGEL**, Vitebergæ 1658. 4.

Sinistre quoque de Bodino sentiunt **GROTIUS**, **SERREUS**, **FERRERIUS**, **BOCCALINUS**. Ab ipsa Elisabetha Anglorum Regina, anagrammate quodam **JOANNES BODINUS** vocatur **ANDIUS SINE BONO**, eodemque eum elogio ornavit **CUJACIUS**, temerarii præterea & insolentis titulum addens. Imo **AUBERTUS MIRAEUS**. pestem Reipublicæ Christianæ, **LANSIUS** nebulonem, **STRUVRUS** blasphemum salutare non verentur.

§. 12.

Quæ tamen omnia sine dubio facilius dicta sunt, quam Judiciori probari poterunt unquam. In ordine quidem a Bodino ser-um de-
vato, frequentibusque ejus ac prolixis digressionibus, deside-
rari quædam poterunt, concedimus quoque, eum, tanquam & Vindi-
exterum, vel ignorantia vel partium studio ductum, aliquan- ciæ.
do minus recte de Germania sentire, Gallorumque more
vanitatis haud fuisse expertem, (prout de eo Thuanus, ipse
Gallus, cordate fatetur, qui in primis de Bodino nostro
consulatur, una cum **ANTONIO TEISSIER** in Elogiis Thua-
neis, Gallice exaratis, part. 2. p. 244. edit. Ultrajectinæ 1696.
8.) Negari tamen non poterit, oppido multa ipsi perperam
imputari. Sic ubi alios honesto mendacio patriam dixisse
tuendam, refert, ejusdem hæreseos ipsum Bodinum faciunt
reum **Praeschius** & **Lansius**. Germaniam Turcis tributariam
venditasse fertur, de sola autem Pannonia sermonem ipsi fuisse,
deprehendo. Nostrum quoque Imperium Galliæ appendi-
cem Bodino dici ajunt, cum tamen nonnisi utraque **Regna**

N

olim.

olim conjuncta, & quosdam Imperii Vasallos, ligios simul Galliæ fuisse Vasallos asserat. Nec forsan propterea in Germanos erit injurius, quod formam Imperii irregularem, ebrietatem eorum ac virtutem, & in religione dissensionem, majorum crudelitatem stupidamque ruditatem, hinc inde recte omnino perstringat, cum de cetero tam magnifice de Germanis sentiat, ut ipsos Gallorum Principes in eorum Academiis educandos suadeat, (vide Consilium Bodini de Principe instituendo) tantaque ipsis faciat encomia (in primis c. 5. Method. Hist.) ut plura a Germano, nedum a Gallo, vix possis expectare. Discursus Anti-Bodinianum, legum aliquot civilium autoritatem & aequitatem adversus iniquas & obliquas Joannis Bodini in libris de Republica interpretationes & insolentiores invectivas, afferentem, dedit **Dominicus Arumatus**, qui & habetur in discursibus **ipsius Academicis de Jure Publico**, Jenæ 1621. 4. discursu 34.
p. 343.

M. X. 3.
IV. II. 16.

§. 13.

Bodini reliqua scripta. Breviter nunc, quæ reliqua sunt Bodini scripta, recensabo. Primum ingenii periculum fecit in illustrandis Latino versu & Commentariis **OPPIANI** Cynegeticis, seu de Venatione libris. Commentarios tamen alii **ADRIANO TURNEBO** tribuere malunt.

Porro habetur Bodini Methodus ad facilem historiarum cognitionem: quam methodum licet sine methodo scriptam judicent nonnulli, merito tamen estimari, frequentes testantur editiones. Prodiit enim Parisiis 1572. 8. recusa cum aliis in penu artis historicæ, Basileæ 1576. & 1579. 8. & separatim Heidelbergæ 1583. 1591. 12. Luggduni-Batavorum 1591. 12. 1595. 8. Argentorati 1607. & 1627. 12. Genevæ 1610. 8. Amstelodami 1650. 12.

De speciebus Rerum publicarum, Magdeburgi 1581. 8. Reponse aux paradoxes du Sr. de Malestroit touchant l'enchirissement de toutes Choses, & des Monnoyes, Paris 1568, 4. & ibidem 1578. 8. & Latine sub Titulo, Respon-

Responso ad paradoxa Malestretti de Caritate rerum,
eiusque remediis, una cum dissertatione Bodini de
serario & re numaria, ex opere de Republica L. 6, c. 3.
excerpta, Coloniæ 1591. & per HERMANNUM CON-
RINGIUM, Helmstedii 1671. 4.

Discours sur le Rehaussement & Diminution des Monnoyes,
Paris 1578, pars est modo laudatæ responsonis. sl. XI, 8. 12.

Historica narratio profectionis & inaugurationis Alberti &
Isabellæ Austriz Archiducum, & eorum in Belgio adven-
tus, Antverpiæ. fol.

Consilium de Principe recte instituendo, quod una cum
FAUSTI LONGIANI ejusdem argumenti scripto, cura
JOANNIS BORNITII editum, Erphordiæ 1603. 12.

Oratio de instituenda juventute ad Senatum populumque
Tolosatæ.

Paradoxon, quod nec virtus ulla in mediocritate, nec sum-
mum hominis bonum in Virtutis actione consistere
possit.

Nova distributio Juris universi in tabula adumbrata, Parisiis
1579. fol. Coloniæ 1580. 8. Pragæ 1582. 8.

Harangue de Charles de Cars, Eveque de Langres, prononcé
aux Ambassadeurs de Pologne, étant à Mets 1573,
tournee de Latin en Francois.

Carmina, Parisiis 1555. 4.

Theatrum Universæ Naturæ, Lugduni 1596. 8. Francofurti
1597. 8. Hanoviæ 1605. 8.

Dæmonomania, seu de Magorum cum Satana commercio
libri 4. contra JOANNEM WIERUM Gallice, Parisiis
1580. 4. & Latine, Basileæ 1581. 4. & Francofurti 1590.
& 1603. 8. & Germanice, Hamburg 1698. 8.

§. 14.

Inter anecdota in MSto adhuc latet Opus de abditis re-Bodini
rum sublimium arcanis, seu Colloquium heptapleres in-Religio-
ter Pontificium, Lutheranum, Calvinianum, omnium Se-
ctorum hominem, Naturalistam, Judæum, & Mahumeda-
num, quod ex MSCto Postelli circa annum 1588. conscri-
pisse

plisse dicitur. Ejus occasione pauca de religione Bodini monere liceat. Natus scilicet & educatus est in religione Pontificia, exardente autem bello intestino, ab Huguenotorum partibus stare videbatur, mox tamen pro Liga Pontificiorum se declaravit, & in ipsum Regem dixit injurias. Cum autem annum & mensem, quo pax insequebatur, diu prædixisset, & jam antea in Dæmonomania sua, (quæ ceteroquin majori collecta studio, quam scripta judicio dicitur,) multa de Magis sollicite collegisset, hinc multi eum Magia habuerunt suspectum. Alii adhuc inter Atheos & Naturalistas eum referre non dubitant, quo spectat JOANNIS DIES-MANNI, Superintendentis Generalis Bremensis & Verdenfis, dissertatio inauguralis de Naturalismo cum aliorum, tum maxime Joannis Bodini, Kilonii habita, & Lipsiæ recusâ, 1684. 12. ANCILLONIUS contra in Judaismo, aliquæ adhuc instar bestiæ, in nulla prorsus religione decessisse putant. Omnes opinionem suam adstruere conantur ex modo citato de abditis rerum sublimium arcanis dialogo, in quo ita variarum sectaram homines inter se differentes inducit, ut Judæi & Naturalistæ vincere, Christiani autem succumbere videantur.

Quam infirmum autem dialogus ille præbeat argumentum, vel inde patet, quod nunquam ab Autore editus, nec adeo constet, qua intentione scriptus sit, & si vel maxime ab ipso Bodino editus fuisset, eadem tamen & hic conjectura locum habere posset, quam circa Bodinum, veterem Judæorum de quatuor Monarchiis opinionem recoquenter, sovet Dresserus in Oratione de quatuor Monarchiis: eum scilicet Judæorum causa ita simulasse, ut plura forsan ex iis eliceret. Certe in suis de Republica libris Judæorum sacra quidem ab antiquitate laudat, Christianorum superstitiones hinc inde refellit, de cetero tamen ita de fide Christiana differit, ut nonnisi summa cum' injuria Atheus vel Naturalista vocari possit.

Pos.

POS. II.

**Neque omitti debent scripta minora, Peculiaria scri-
& dissertationes Academicæ, quæ ma-pta de Ju-
gno satis numero de Majestate, de Sub-ribus Ma-
ditis, eorumque Officio, de Principibus, jestat.
eorumque autoritate, officio, Jurisdictione & Regalibus extant.**

§. I.

- Ac primo quidem de MAJESTATE succurrunt
AMSELII (Andreae) dissertatio de majoribus Majeстatis ju-
ribus, Rostochii 1682. 4. III. IV. 3.
- BESOLDI** (Christophori) de Majestate in genere ejusque
juribus specialibus, Tbingæ 1625. 4.
- BIUNII** (Henrici) de Juribus Majeстatis circa profana, Helm-
stadii 1651. 4.
- le BLEU** (Jacob) Jcti Giessensis, de Majestate dissertatio,
Giessæ 1666. 4. Conf. II. II. 2. II. II. 4. II. V. 3. & 8. III. II. 7.
III. IV. 26.
- BORTIUS** de Natura Jurium Majeстaticorum, vide §. 5. III. III. 3.
- BOXHORNI** (Marci Zuerii) dissertatio de Majestate Prin-
cipum, Lugduni Batavorum 1649. 4. Conf. II. IV. 1.
II. X. 3. III. I. 3. III. IV. 25. IV. II. 7.
- CONRINGII** (Hermannii) de Majestate Imperantium, Helm-
stadii 1648. 4. II. III. 4.
Eiusdem de Majestate Civili, Helmstadii 1677. 4. II. IV. 1.
Eiusdem de Majestate ejusque juribus circa sacra & pro-
fana, Helmstadii 1669. 4. II. V. 2.
Eiusdem de subjectione & Imperio, Helmstadii 1635. & 1680. 4. II. VII. 8.
Eiusdem de Regno & tyrannide, Helmstadii 1640. 4. II. 16.
Eiusdem de differentiis Regnorum, Helmstadii 1655. 4. II. IX. 1. 6.
II. X. 6. 9.
DEUTSCHMANNI (Abrahami Henrici) de Majestate, Vite-
bergæ 1693. 4. conf. §. 4. II. XI. 3. 7.
III. I. 10.

- DIETERI (Richardi) de Majestate Decades XXII, Hanoviæ
1614. 4.
- FRANTZKII (Georgii) dissertatio de Majestate, Jenæ.
1622. 4.
- FRIMELII (Ernesti) de Majestate, Lignitii 1618. 4.
- GRENII (Georgii) de Majestate, Vitebergæ 1661. 4.
- HENICHII de Majestate Civili, Rintelii 1664. 4.
- I. VIII. 1. HORNII (Joannis Friderici) de Majestate dissertationes supra
recensuimus.
- KOENIGII (Reinhardi) dissertatio de Majestate, Giesæ
1608. 4.
- II. IX. 1. LYSERI (Christiani) de Majestate, Vitebergæ 1650. &
1658. 4.
- MATTHIAS (Dieterici Wilhelmi) de Majestate, Erfurti.
1673. 4.
- MULLERI (Joannis Jacobi) Dissertationes duæ de Majestate,
Jenæ 1687. 4.
- MUMSEN (Henrici) de Majestate, Duisburgi 1668. 4.
- NEGELEIN (Joachimi) de Majestate Motui Analogia. Altdorf.
1697.
- OTTONIS (Danielis) dissertatio de Majestate, Jenæ 1619. 4.
recusa sub Titulo: discursus de Majestate Imperii & Impe-
rantis, atque utriusque juribus, Argentorati 1623. 4. &
auctior cura M. W. Francofurti 1664. 8. & Basileæ.
1678. 4.
- REDINUS (Joannes) de Majestate Principis, Vallefoleti
1568. fol.
- SCHALLERI (Jacobi) dissertatio de juribus Majestatis, Argen-
torati 1658. 4. conf. I. VII. 6. II. IV. 25. II. V. 2. & 8.
II. IX. 4. III. III. 8.
- Ejusdem dissertatio de Civitate, Argentorati 1653. 4.
- SCHLECHENTHALII (Joannis Theodori) de Majestate, Ul-
traiecti 1692. 4.
- SCHOOCKIUS (Martinus) de Majestate, Groeningæ.
1659. 4.
- II. V. 6.
III. II. 10. SCHROETERI (Ernesti Friderici) dissertatio de Majestate, Je-
næ 1652. 4.
- II. X. 10. SCHWIMMERI (Joannis Michaelis) de juribus Majestatis, Je-
næ, 1672. 4.

SIOE.

SIEBERGII (Gabrielis) de Majestate, Dorpati 1696. 4. Conf.
II. II. 2. II. V. 2. II. VII. 8. III. IV. 8. 23. 26.

STILETI (Simonis) de Majestate, Argentorati 1658. 4.

STUCKII (Joannis) de Majestate, Helmstadii 1611. &
1625. 4.

THEGEN (Georgii) de Majestate, Regiomonti 1683. 4.

TIELKE dissertatio de Majestate, Rostockii 1705. 4.

VILMANNI (Davidis) dissertatio de Majestate, Lipsiae 1671. 4.

§. 2.

De Subditis differuerunt

FELWINGER (Joannes Paulus) Altiorffii 1657. 4.

REDECKER, Rostochii.

Scripto-
res de
subditis.

SCHWALBE (Joannes) Vitebergae 1628. 4.

In specie vero de Obligatione & Officio Subditorum extant.
de ANTEGUERRA de Obedientia Subditorum.

BECMANNI (Joannis Christophori) dissertatio de pie-
tate Subditorum erga Principem, Francofurti ad Via-
drum 1679. & 1684. 4.

RECHENBERGII (Adami) de officio civis Christiani er-
ga Principem, Lipsiae 1685. 4.

SIEBERGII (Gabrielis) Obligatio Civium erga Prin-
cipem, Dorpati 1698. 4.

STRAUSSII (Gothofredi) de Obligatione Subditorum erga II. XI. 7. 11.
Principem, Vitebergae 1668. 4.

WOLFFII (Joannis) de Officio Subsidorum erga Princi-
pem, Vitebergae 4. III. IV. 15.
25.

Vafallagium tamen subjectionem non inferre, peculiari
dissertatione ostendit **HENRICUS HILDEBRAND**,
Altiorffii 1721. 4.

de Obligatione Subditorum ad poenas subeundas, vide II.
IX. 3.

de obligatione ad arma capienda, III. IV. 11.

de Officio civis circa bellum injustum, III. IV. 8.

de Obligatione ad Legationes, III. III. 12.

de Obligatione Subditorum ex delicto Principis, II.

VI. 6.

De

De emigratione & revocatione Subditorum, II. V. 10. &
II. XI. 7.

Peculiarem Subditorum speciem constituunt **HOMINES PROPRII**, de quibus fuse satis exponunt

JOANNES FRIDERICUS HUSANUS in Tractatu de servis & hominibus propriis, Coloniae Agrippinæ 1590. & 1620. 8. ubi & præfixus reperitur.

HIPPOLETI BONACOSSÆ J. V. D. FERRARIENSIS Tractatus de servis vel famulis, qui tamen mera juris Civilis capita tractat.

JOANNES OTTO TABOR de Servis & hominibus propriis, Giesæ 1663. 8.

JOANNES NICOLAUS HERTIUS peculiari dissertatione de hominibus propriis, quæ in Opusculis ipsius Tom. 2. p. 157. — 182. reperitur.

CHRISTIANUS THOMASIUS in dissertatione de hominibus propriis & liberis Germanorum, Halæ 1701. 4.

JUSTUS HENNINGUS BOEHMERUS de jure & statu hominum proprietorum a servis Germaniæ non Romanis derivando, Halæ 1716. 4.

JOACHIM POTGIESERUS (qui inter milites eruditos locum sibi merito vindicat) de conditione & statu servorum apud Germanos tam veteri quam novo, libris 3. Coloniae 1707. 8.

le BLEU (Jacobus) de officio & Jure obsequentium, inter dissertationes ipsius Politicas num. 6. Giesæ 1660. 4.

à MILTIZ (Henrici Gebhard) Oratio de Subditorum erga regnatrices potestates, præcipue duriores, officio, Vitebergæ 1654. 4.

§. 3.

Scriptores de Principiis eorumque Sanctitate.

Venio ad SANCTITATEM summi Imperii & AUTORITATIS Principum in subditos, de quibus habentur AFFELMANN (Antonius) de summa summi Principis potestate, Rostochii 1624. 4.

Eiusdem extat dissertatio de Imperii Romano-Germanici capite & ejus membris, Rostochii 1624. 4.

ARNI-

- A**RNISEUS, de quo superius vidimus.
- B**ECMANNUS (Joannes Christophorus) de divino Vicariatu Principum, Francofurti ad Viadrum 1688. 4. II. I. 8.
- B**ESOLDUS (Christophorus) de informatione & coactione subditorum.
- B**URGGRAFII (J. G.) dissertatio de summo Imperio civili, Bilefeldæ 1673. 4.
- C**OCCOJI (Henrici) de potestate summa, Heidelbergæ 1674. & 1705. 4.
- C**RELLII (Christophori Ludovici) Cajus Mutius Scævola, Regis parricida, ex antiquitate erutus, & sancta Principium capita a quibusvis privatorum injuriis defensa, Lipsiæ 1722. 4. III. IV. 21.
- F**RANCKEN (Joannis Nicolai) Autoritas Principum, Jenæ 1665. 4.
- G**ENTILIS (Alberici) dissertatio de potestate Principis absoluta, & de vi civium in Regem semper injusta, Londini 1605. 4.
- K**ESTNERI (Henrici Ernesti) de potestate Principis in Subditos, Rintelii 1711. 4.
- L**YNCKERI (Nicolai Christophori) de plenitudine summæ potestatis, Jenæ 1695. 4. Conf. I. III. 18. II. VII. 9. II. X. 1. II. XI. 4. II. XI. 8. 9. 11. 16. III. IV. 18. IV. I. 10. IV. IV. 1. 7.
- M**ELISSANDRI (Joannis Henrici) de Majestate Principum inviolabili, Jenæ 1703. 4.
- M**OLLENBECKII (Bernh. Ludovici) de Jure Principis in personam Civis, Giessæ 1685. 4.
- v**an der MUELLEN (Gerardi) de Sanctitate summi Imperii Civilis, Trajecti 1689. & 1691. 8. qui tamen, quod Monarchomachis nimium faveat, incusatur.
- t**en OEVER (Gerhardi Joannis) de Sanctitate Majestatis, Lugduni-Batavorum 1708. 4.
- R**OESLERI (Joannis Everhardi) de juribus quibusdam posterioribus summorum Imperantium, Tubingæ 1715. 4. Conf. II. V. 2. II. IX. 1. 3. II. XI. 7.
- R**OEHRENSEE (Christiani) dissertatio de Sanctitate Principis. Conf. II. V. 6. II. VII. 8. 18. II. IX. 7. II. X. 7. III. II. 7. III. IV. 3. 8. 10. 15. IV. I. 7.

O

SCHL.

- SCHELIUS** (Robertus Hermannus) de Jure Imperii , Amstelodami 1671. 12.
- SCHOEPFERI** (Joannis Joachimi) dissertatio de Jure Principis circa adespota , Rostochii 1705. 4. Conf. III. IV. 12. 15. 17. III. V. 15. IV. I. 6.
- SCHULTZEN** (Bernhardi) dissertatio de summo Imperio , Rintelii 1654. 4. Conf. I. III. 18. I. VIII. 2. III. IV. 26.
- STIGLIZ** (Christiani Ludovici) de Jure Imperantium in Jus quæsumum Subditorum , Lipsiae 1713. 4.
- STRUVII** (Georgii Adami) de Superioritate Principum , Jenæ 1657. 4.
- UFFELMANNI** (Henrici) de Sanctimonia Principum , Helmstadii 1677. 4. Conf. I. VIII. 2. II. V. 5. III. III. 8. III. IV. 7. 18.

§. 4.

De Imperantium officiis & Juri-
bus.

- OFFICIA & JURA** Imperantium tradiderunt.
- ANONYMUS** Tractatu de Jure Magistratum in subditos & officiis subditorum erga Magistratum , Francofurti 1608. 8.
- le BLEU** (Jacobus) de Imperantium Natura & Officio , Giessæ 1657. 4.
- DEUTSCHMANN** (Abrahamus Henricus) de Officio Imperantium , Vitebergæ 1691. 4.
- MUSICK** (Joannes) de Officio Imperantium , Vitebergæ 1689. 4.
- OMPHALIUS** (Jacobus) de potestate & officio Principis , Basiliæ 1650. 4.
- SALMONIUS** (Marius) de Jure Magistratus in subditos , & officio subditorum erga Magistratus , Magdeburgi 1604. 8.
- SLEEVOGT** (Samuel) de Principe , Vitebergæ 1665.
- WEWERDECK** (Godofredus) de Officio Principis Christiani erga civem , Lipsiae 1696. 4.
- III. IV. 10. De Officio Principis circa bellum suscipiendum agetur infra.

§. 5.

§. 5.

Ad generaliores adhuc jurium Majestaticorum scripto-DeRega-
res referri possunt, qui de JURISDICTIONE & REGALIBUS libus.
scriperunt. Ex prioribus haud pauci specialiora saltem Ma-
gistratum jura, ad potestatem potissimum legislatoriam &
judicariam spectantia, persequuntur, quare uno conspectu ^{II. IX. 2.}
eos exhibebimus infra.

De REGALIBUS vero notentur sequentes.

De AFFLICTIS (Matthæus) de Regalibus.

ALBERTI (Valentini) dissertatio de Regalibus erga subdi-
tos, Lipsiæ 1671. 4.

Eiusdem dissertatio de divisione Majestatis in Regalia ma-
jora & minora, Lipsiæ 1679. 4.

BESOLDI (Christophori) dissertatio de Regalibus, Ingol-
stadii 1637. 4. & in fasciculo quarto dissertationum Be-
soldianarum.

BOCERUS (Henricus) de Regalibus, Tubingæ 1608. 8.
Conf. II. VI. 5. II. X. 9. II. XI. 6. 12. III. IV. 7. IV. II. 6.

BORCHOLT de Regalibus.

BORTIUS (Matthias) Consiliarius Augusti Ducis Brunsui-
censis, de Natura Jurium Majestaticorum, & Regalium,
Jenæ 1614. 4. prodiit, habetur quoque in DOMINICI
ARUMAEI discursibus de Jure publico, Jenæ 1621. 4.
discursu 30. p. 275.

CARPZOVIORUM Tractatus de Regalibus mox sub voce
Einsiedel recensabitur.

CUNO (Matthæus) de Regalibus, Francosurti ad Viadrum
1612. 4.

ab EINSIEDEL (Conradi) Consiliarii intimi Archiepisco-
pi Magdeburgensis, Tractatus de Regalibus, sive juri-
bus ad Imperatoris Romani Majestatem pertinentibus,
Halæ 1619. 8. & auctus a JOANNE CHRISTOPHORO
HEROLDT Jcto, Halæ 1678. 8. ubi adjectus reperi-
tur CONRADI & BENEDICTI fratrum CARPZOVIO-
RUM, Consiliariorum Saxoniorum, Tractatus de Re-
galibus Majestatis & Fisci. IV. II. 110

O 2

EVER-

EVERHARD (Nicolaus) de Regalibus , Ingolstadii 1684. 4.

FRENZELII (Simonis Friderici) dissertatio de juramentis
subditorum habita est Vitebergæ 1661. 4.

II. IX. 2. **G**ENTILIS (Scipio) de Regalibus , Altorffii 1662. 8.

HOTOMANNUS (Franciscus) de Regalibus nobis non in-
notuit , nisi quod a Carpzovio in Tractatu de Regalibus
citetur.

KHUEN a BERLASI (Ferdinandi) theses juridicæ ex ma-
teria de Regalibus collectæ , Ingolstadii 1584. 4.

LUSSOW de Regalibus , Rostochii 1638. 4.

MONTANUS (Horatius) de Regalibus , Neapoli 1634. fol.

NINMER (Jacobus) de Regalibus , Basileæ 1608. 4. & in
CONRADI BIERMANNI Jure Publico Tomo 3. num. 4.
Francofurti 1618. 4.

OBRECHTI (Georgii) de Regalibus disputationes , Argentorati 1604. 4.

OSRANDT (Joannis Melchioris) dissertatio de Regalium
Jure , Erfurti 1661. 4.

II. XLI. **P**RUCKMANN (Fridericus) de Regalibus , Lipsiæ 1668. 8.
SCHEFFERI (Joannis Theodori) dissertatio de Regalibus
tum in genere , tum vero in specie S. R. J. Tubingæ
1719. 4.

SCHWENDENDORFFER (Bartholomæus Leonhardus) de
acquisitione Regalium. Conf. II. X. 1. II. XI. 7.
III. IV. 7. 28.

SIXTINUS (Regnerus) de Regalibus , Muhlhusiæ & Fran-
cofurti 1617. 4. Hanoviæ 1657. 8. Noribergæ 1717. 4.
facile in hac materia Princeps , utut meliorem in eo
ordinem jure desiderare possis.

THOMASII (Christiani) dissertatio de præscriptione Rega-
lium , ad jura subditorum non pertinente , Halæ 1696.
4. cuius jungi meretur

SIMONIS PETRI GASSERI dissertatio de memoria ini-
tii contra præscriptionem immemorialem præcipue
Regalium & Domaniorum , Halæ 1722. 4.

UNGEPAUER (Erasmus) de Regalibus , Jenæ 1638. 4.

§. 6.

Nullam injecimus mentionem THEODORI REINKIXGII, qui de Regimine Seculari & Ecclesiastico, neque KNICHE-
NII, ERTELII, HERTII, LYNCKERII, MINGII, alio-
rumque, qui de superioritate territoriali scripsierunt. Licet
enim circa Majestatica jura versentur, ad Germaniam tamen
principue respiciunt, adeoque rectius inter Scriptores Juris
Publici Germanici locum sortiuntur.

POS. III.

Sedulo autem ab iis cavendum est Machia-
velliſtae.
Scriptoribus, qui Machiavellistarum prin-
cipiis favent.

§. I.

MACHIAVELLISTAE dicuntur, qui privatum Impe- Machia-
rantium commodum publico præferentes, quicquid Impe- velli
ranti vel apparenter faltem utile, licitum quoque putant, Vita.
nulla justitiæ pietatisque ratione habita. Nomen sortiuntur
a NICOLAO MACHIAVELLO, Florentino, magni ingenii,
magnique nominis inter Politicos Viro, qui tamen infeli-
cissima prudentia sive politicæ edidit specimina. Quam in-
feliciter enim cesserint consilia, quæ filio naturali Alexan-
dri VI. Pontificis, Cæsari Borgiæ, Episcopo primum, mox
autem Duci Valentino suggestis, satis superque illorum tem-
porum testantur Annales. Et qualis sive fuerit fortunæ fa-
ber, vel inde conjicias, quod perduellionis judicium incur-
rens, ipsa quæstionum tormenta fuerit expertus, atque tum
absolutus quidem, annuoque pro scribenda patriæ historia
imperatrato stipendio, nova tamen contra se suspicione orta,
hoc iterum fuerit privatus, quo factum est, ut ad summam
redactus paupertatem, miserrime decederet Florentiæ 1528.
ætatis 48. filium linquens Lucam Machiavellum, patri haud
absimilem.

O 3

§. 2.

§. 2.

Atque hic infelix fuit vita exitus Machiavelli , a quo celebrata illa Pseudo-Publicistarum & Pseudo-Politicorum Secta nomen certe accepit, si non dogmata ipsa. Hæc enim Machiavello longe esse antiquiora, ostendit CHRISTIANUS HOFFMANN in dissertatione, Machiavellus ante Machiavellum , Jenæ 1668. 4. Fontes etiam , unde sua hauserit Machiavellus , feliciter detexerunt nonnulli. Sic pleraque ex Aristotele eum summisse , docet Conringius ; Bartolum exscripsisse , Gentiletus ; Tacito diligenter usum , Amelotus de la Houssaye. Dantur contra , qui impia Machiavellistarum principia diversa prorsus ab ipsis Machiavelli , ut Epicureorum ab Epicuri , putant , dumque Machiavelli in se suscipiunt defensionem , diversi diversam quoque ingrediuntur viam. Sunt , qui pro vindicando eo sufficere putant , quod prudentiam civilem non prouti esse deberet , sed prout re vera est , non ut virginem , sed imminutam in aula & corruptam , descriperit , atque adeo tantum artes tuendi iniuste parta imperia tradiderit , quas non nisi malas esse posse , manifestum. Et hoc fortasse sensu inter veritatis testes Machiavellus reponitur nonnullis. Videatur Joannes Christophorus Beermannus , Historiarum & Politices Professor Viadrinus , in Conspectu doctrinæ politicæ p. 6. edit Francof. ad Oder. 1691. 4. Alii contra Machiavellum nostrum faciunt assentatorem familiæ Mediceæ , satis in tyrannidem proclivis , cuius cum ope & favore indigeret , tyrannicas artes scriptis promovere studuerit. Alii denique potiorem eum habuisse rationem status patrii Florentini , tum temporis Democratici , neque tyrannis favisse , sed arcanis eorum palam factis , ipsos miseris populis nudos & conspicuos exhibuisse , dicunt.

§. 3.

Judicia
de Ma-
chiavel-

Si tamen fatendum , quod res est , ingenium magis ostendunt , quam veritatis studium , qui omni eximere culpa lo.

Machia-

Machiavellum conantur. Negari enim non potest, nimis ingenuum eum fuisse humanæ nequitiae recitatem, eoque effeisse, ut haud raro sibi ipsi adversari videatur, utpote quod non potest non accidere iis, qui minus serio rem agunt, dum consilia suppeditare simulant. Injurii autem in Machiavellum sunt Joannes Bodinus, qui hominem levissimum & nequissimum, Jacobus Thomasius, qui infame Hetruriæ monstrum, Indices librorum prohibitorum & expurgandorum Romani, qui non Pseudo-Politicum modo, sed Atheum quoque vocant, quibus adstipulatur Petrus Gregorius Tholosanus de Republica, Paulus Jovius in Elogiis, Innocentius Gentileetus in Anti-Machiavello, qui eum præterea tenuissimi municipii & pagi Scribam, cui ne uncia judicii naturalis firmi & solidi fuerit, calumniatur, refutatus ideo a Conringio. Alli Atheismum Machiavelli evincere cupiunt ex verbis, quibus moribundus dixisse fertur: se extrema unctione frui velle, sicuti iter facientes ocreas perlinire soleant, seque in infernum & desperationem descendere cum magnis & illustribus Viris Aristotele & Platone malle, quam cum infimis istis & vilis conditionis hominibus Apostolis & Prophetis, in cœlo degere, quæ omnia, quoniam tantum fundamento, nostrum non est nunc inquirere.

§. 4.

Opera Machiavelli omnia, Italice ab Autore sunt scripta Machia- & conjunctim prodierunt 5 partibus, Genevæ 1550. 4. Bo- velli noniæ 1680. 8. 3. Voluminibus. Latine autem Genevæ scripta. 1650. 4. Gallice Parisiis 1654. 12. Anglice 1695. fol. præstat tamen editio 1675. fol.

Præcipua in iis sunt

Il Principe, sive Princeps, qui Italice seorsim prodiit, Venetiis 1532. 4. Latine ex versione SYLVESTRI TELII, Fulginatis, (sive Tegli de Foligno) Basileæ 1560. 8. 1580. 1589. & Hanoviæ 1595. 8. & Ursellis 1600. 12. cui editioni adjecta sunt aliorum contra Machiavellum scripta, de potestate & officio Principum contra tyranos, & Antonii Possevini judicium de Nicolao Machiavello & Joanne Bodino, quod etiam reperitur in editione Principis Machiavelli Francofurtensi, 1680. 8. & Argen-

Argentinensi eodem anno 12. & Lugdunensi 1643. HERMANNUS CONRINGIUS autem suas animadversiones subjecit, Helmstadii 1660. 1663. 1686. 4. Tandem etiam aliam adhuc versionem adornavit, suaque Commentaria adjectit CASPAR LANGENHERT Philosophus, Amstelodami 1699. 8. Germanice versus Machiavelli Princeps prodidit, Francofurti 1580. 8. Anglice per EDWARD DACRES, Londini 1640. 8. Gallice autem per AMELOT de la Houssie, Legationis Gallicæ apud Venetos Secretarium, Amstelodami 1683. 1684. 1686. 8. ubi in præfatione strenuum agit Machiavelii defensorem.

Discorsi sopra la prima Deca di Tito Livio, Venetia 1530. & 1532. 8. Latine editi sub Titulo: Disputationum de Republica, quas discursus nuncupavit, libri tres ad decadem primam Livii, Mompelgardiae 1588. 1591. 8. Argentorati & Ursellis 1599. 8. Francofurti 1608. 8. & ibidem 1619. 12. Marpurgi 1620. 12. Lugduni Batav. 1649. 12. & cum notis JUSTI REIFENBERGII, Lipsiae 1629. 8. Prodiit idem Machiavelli liber, Lugduni Batavorum 1643. 12. & Gallice sub Titulo: Discours politique sur Tite Live 12. 2. Voluminibus. Anglice sub Titulo: Machiavel of Government 1603. fol. and by EDWARD DACRES, London 1636. 8.

§. 5.

Machiavelli Atque hi illi sunt libri, ex quibus Machiavellistæ sua hauriri dicuntur dogmata: Succedant reliqua Machiavelli Scripta, scripta speciatimque reliqua. Historiae Florentinæ libri 8. ab anno 1215. ad 1494. Italice quidem prodiere Venetiis 1537. 4. & 1554. 8. Latine Venetiis 1546. 8. & 1587. 12. Argentorati 1610. & 1616. 8. Genevæ 1650. 4. Hagæ-Comitum 1658. 12. Lugduni-Batavorum 1645. 12. Hagæ-Comitum 1656. 12. Vertit autem eos Latine HIERONYMVS TURLERUS. Gallice prodierunt Amstelodami 1696. 12. 2. Voluminibus. Anglice Londini 1674. 8. Pars quædam hujus historiæ prodidit sub Titulo, de migrationibus populorum Septentrionali-

trionalium & ruina Imperii Romani , Francofurti
1614.

Libro dell' arte della guerra , sive de arte bellica libri septem ,
Venetiis 1541. 8. & latine Florentiæ 1551. 4. & Argentorati 1610. 8. Gallice, art de la guerre. 12. III. IV. 2.

La Vita di Castruccio Castrucani , Venetiis 1532. 4. latine Florentiæ 1551. 1555. 4. adiecta quoque Historia Florentinæ editioni Argentoratensi 1610. 8. & editioni Conringianæ Principis Machiavelli. Anglice vero prodit Londini 1640. 8.

Vita Aldi Manuccii , Romæ 1590. 4.

Modus , quo usus est Dux Valentinus in necando Vitellotio Vitellio , subiunctus editioni Conringianæ Principis Machiavelli , & Anglice editus h. t. the means , used by Duke Valentine , to put to death Vitellozo Vitelli . London. 4.

Ad minoris momenti Scripta pertinent:

Tractatus de factione Guelphica & Gibellina.

De Statu Galliæ & Germaniæ.

L'asino d' Oro con tutte l'altre sue Operette , sive asinus aureus , Romæ 1588. 8.

Comœdia duæ , Mandragora & Clitia.

Nuptiæ Belphegoris , quæ & Anglice prostant h. t. the marriage of Beelphegor , an Italian Novell. London 1671. 8.

Epistola Apologetica pro se & Scriptis suis.

Inter inedita Machiavelli latet historia Reformationis Reipublicæ Florentinæ.

§. 6.

Contra hæc Machiavelli Scripta alii atque alii calamus Machiavelli strinxerunt , plerique autem duo priora , tanquam præcipuam velli Pestiferorum , ut vocant , dogmatum sedem , sibi sumserunt refutanda. Pertinent huc Commentariorum de Regno aut quo-res. vis Principatu rite & tranquille administrando , libri tres , de Consilio , Religione , & Politia , quas Princeps in ditione sua tueri debet , adversus Nicolau[m] Machiavellum Florentinum. Primo omnium prodierunt Lausannæ 1576. 8. (male ponit 1571. Lipenius , ex eoque Struvius in Bibliothecis Philosophicis)

(is) recusi Argentorati 1577. & 1578. & 1590. 8. Ursellis 1599.
 12. Argentorati 1611. & 1630. 12. Lugduni-Batavorum 1647.
 12. & germanice versi sub Titulo : Anti - Machiavellus, das ist,
Regenten - Kunst, Straßburg 1624. 8. Nam brevitatis causa liber
 hic Anti - Machiavellus saltem vocari consuevit. Errant au-
 tem Lipenius in Bibliotheca Philosophica, voce : Machiavel-
 lica, Struvius in Bibliotheca itidem Philosophica c. 7. §. 9. &
 Carolus Arndius, Professor Rostochiensis, in Bibliotheca Po-
 litico - Heraldica p. 47. editionis Rostochio - Lipsiensis 1708. 8.
 Ubi modo recensitos de Regno administrando Commentarios
 putant diversos ab illo, qui sub Anti - Machiavelli nomine ce-
 lebratur, libro, cum tamen unus sit idemque. Eoque ma-
 gis hunc in Arndio mireris errorem, quod, vidisse eum ac
 legisse librum ipsum, appareat ex pagina Anti - Machiavelli ab
 eo hinc inde citata, quæ accuratissime cum editione Commen-
 tariorum de Regno administrando, Ursellis 1599. 12. adorna-
 ta, coincidit. Sed hinc videre est, quam feliciter errent omnes,
 ubi unus alterum gnавiter exscribit. Ex ipsius Anti - Ma-
 chiavelli lectione apparet, Autorem fuisse Gallum, Prote-
 stantium Sacris addictum, propterea exulem. Quæ
 omnia egregie quadrant in FRANCISCUM HOTOMANNUM,
 circa idem tempus Lausannæ, ubi liber prodit, exulem atque
 Professorem, qui propterea a multis hujus libri Autor ha-
 betur. Styli tamen diversitas, & Silentium PETRI NEVEL-
 TI DOSCHII JCTI, in Vita Hotomanni, Hanoviæ 1613. 12.
 edita, suadet, ut, alias secuti, libri Autorem dicamus INNO-
 CENTIUM GENTILLEUM, JCtum Delphinensem; qua in
 sententia nos confirmant Bartholomæus Keckermannus in
 Cursu Philosophico disp. 29. Problem. 10. p. 352. Melchior
 Goldastus de Regno Bohemico p. 43. & 48. David Chyträus
 Vol. Epist p. 269. & Joannes Dekherrus de libris Adespotis
 p. 306. ubi simul eos refutat, qui SCIPIONEM GENTILEM,
 qui & disputationes de Jure Publico populi Romani edidit, Al-
 torffii recusas 1662. 8. Autorem malunt.

§. 7.

Machia-
 velli Ad-
 versarii. Porro contra Machiavellum prodierunt.
ANTONII POSSEVINI, Jesuitæ Romani, judicium de quatuor
 Scripto-

Scriptoribus : Philippo de la Noue , Joanne Bodino , Philippo Mornæo , & Nicolao Machiavello , iussu Innocentii IX Pontificis Romani , scriptum , editumque post Pontificis obitum , Romæ 1592. & Lugduni 1593. 8. Separatim ejus judicium de Machiavello & libro , cui nomen Anti - Machiavellus , prodiit Vrsellis 1600. 8. & annexum reperitur quibusdam Principis Machiavelli editionibus , ut supra monuimus . Observat autem Conringius , ex eoque Becmannus Medit. Polit. c. 1. §. 6. Possevinum ne vidisse quidem Machiavelli Principem . Refutat enim tres Machiavelli de Principe libros , qui tamen unus tantum est , & exiguuus 26. capitibus constans .

§. 4

THOMAS BOZII Eugubini , Congregationis Oratorii Presbyteri Romani , de Imperio Virtutis , sive Imperia penderere a veris virtutibus , non a simulatis , libri duo adversus Machiavellum , Coloniæ Agrippinæ 1594. 8.

Ejusdem de Robore bellico , diuturnis & amplis Catholicon Regnis , liber unus , adversus Machiavellum , ibidem eodem. 8.

Ejusdem de Italiæ Statu antiquo & novo , libri quatuor adversus Machiavellum , Coloniæ Agrippinæ 1595. 8.

Ejusdem de ruinis gentium & regnorum contra Politicos , Romæ 1596. 4. & Coloniæ Agrippinæ 1598. 8.

Ejusdem de Jure Divino & Naturali Ecclesiasticæ libertatis ac potestatis , Coloniæ Agrippinæ . 1600. 8.

FRAGMENT de l'examen du Prince de Machiavel per Anonymum , Paris 1622. 8.

PETRI RIBADENEIRA Princeps Christianus adversus Machiavellum , Moguntiæ 1604. 8. ad Jesuitarum placita Not. scriptus .

THOMAS FITZHERBERT , àn sit utilitas in Scelere? vel de felicitate Principis Machiavellani , Romæ 1610. 4.

ADRIANI BARLANDI dissertatio de bono Principe , contra Nicolaum Machiavellum , Amstelodami 1633. fol. quam Lepenius in Bibliotheca Philosophica Voce: Princeps , per- peram tribuit Casparo Barlæo .

CLAUDII CLEMENTIS Burgundi, Soc. Jes. Machiavellis mus jugulatus a Sapientia Hispanica & Austriaca, Compluti 1637. 4.

JOANNIS HENRICI FEUSTKINGII, Stellovia - Holsati, Theologi postmodum Vitebergensis, ac tandem Concionatoris Aulici Gothani, Schediasma de Achitophelismo Nicolai Machiavelli, Vitebergæ 1692. 4. Eum tamen ne vidisse quidem Machiavelli Scripta, vel inde patet, quod, quæ ex iis loca citat, demum ex Gentilleti Anti-Machiavello defumserit.

JOANNIS LAURENTII LUCCHESINII Scrutinium stultitiae Machiavelli, Romæ 1697. 4. ut nihil dicamus de

HIERONYMI OSORII L. III. de Nobilitate Christiana, quos Conringius subjecit Principi Machiavelli, ipsiusque Conringii animadversionibus §. 4. laudatis, deque innumeris aliis Autoribus, qui in Scriptis suis incidenter satem & data occasione Machiavellum perstringunt.

§. 8.

Machia-
vellii Af-
feclæ & avellistarum dogmata sibi sumserunt refutanda, multo tamen
Defenso- major eorum esse deprehenditur, qui defensionem eorundem
res. in se suscipiunt, quod tamen ipso actu, quam scriptis face-
re malunt plerique. Scriptis interim calamoque inter alios
illud tentare conati sunt

1. **Autor hominis politici**, sive Compendii Politices novi, cuius præ- & cognomen & officium Politicum publicum, & locum, literis C. R. C. B. contineri, asserit **CHRISO-**
PHORUS PELLERUS J. D. qui librum sub Titulo : Politici Scelerati impugnati, notis ubique atque stricturis illustrati, recudi curavit, Noribergæ 1663. 1665.
1669. 8.

2. **GASPAR SCIOPPIUS**, Consiliarius quondam Cæsareus, in Paedia sua Politices, edita Romæ 1623. & a Conringio Helmstadii 1663, 4. Imo uberioris adhuc Scioppius Machiavellum defendisse dicitur, in Scriptis duobus affectis, quorum unum inscripsit censuram in omnia Machiavelli opera politica & historica, alterum, Apologiam duplificem, unam contra Ecclesiam Romanam, alteram contra Calvinistas.

§. 9. Plu-

§. 9.

Arndii

Plures qui desiderat Machiavelli asseclas & defensores (*in-* errores
ter quos nostro quidem judicio male referuntur **J U S T U S L I -** circa
P S I U S, & G A B R I E L N A U D E U S) adeat Joannis Friderici Rein-*Machia-*
hardi Theatrum prudentiae elegantioris, Vitebergæ 1702. 4. vellum.
editum p. 31. & **C A R O L U M A R N D I U M** in Bibliotheca Politi-
co-Heroldica, Rostochii & Lipsiæ typis excusa 1705. 8. p. 45. &
56. sq. qui tamen pro more ipsi solenni, parum accurate hac in
re versatur. Speciminis loco adducere liceat extantiores
quosdam errores, quos circa Machiavelli recensionem commi-
sit. Sic enim Ant-Machiavellus minus recte ipsi venditatur
diversus a Commentariis de Regno recte administrando, quo-
rum hos Hotomanno, illum Gentilleto tribuit, cum tamen
liber sit unus idemque, ut supra notavimus §. 3. Reinhardi
Theatrum tam negligenter exscribit Arndius, ut, quos ille
Machiavelli de Republica libros perperam putat distinctos ab
eiusdem de Republica disputationibus sive discursibus, Arnd-
*ius pariter tanquam diversos numeris distinguere non du-
bitet.* Sic quoque, ubi apud Reinhardum Alberici Gentilis
lib. 3. c. XI. incuria forsan typographum fideliter servat Arndius p. 45. ubi
Albericum hunc Gentilem, inter excessivos Machiavelli æsti-
matores ponit, quem tamen mox p. 51. iterum exscribens
Reinhardum, iis accenset, qui Machiavellum Atheismi reum
peragunt. Feustkingii dissertationem de Achitophelismo
*Machiavelli Lipsiæ ventilatam dicit, cum tamen habita Vite-
bergæ: imo ipse sibi contradicere videtur, dum p. 68. Vite-
bergæ eam impressam ait. Tandem Monarchomachos quo-
que inter Machiavelli Sectatores refert, quorum tamen prin-
cipia Machiavellismo e diametro esse opposita, totoque cœ-
lo differre, ipse docet p. 64.*

Atque hæc dicta sufficiant de Machiavellistis, eorumque
refutatoribus & asseclis, a quorum quidem lectione ut ne-
mini cupimus interdictum, sic eam caute suscipiendam
monemus.

POS. IV.

De Mo-
narcho-
machis.

Neque minori circumspetione legendi sunt, qui Monarchomachorum partes tuentur, quales sunt Buchananus, Brutus, Boucherius, Rossæus, Miltonius &c. quos refutarunt Barclajus, Salmasius, aliquique.

s. i.

MONARCHOMACHI sunt, qui Imperantibus nimium detrahentes, populoque fræna laxantes, maximam ipsi Majestatis partem, & ipsam Reges suos quoties imperio male utuntur deponendi & occidendi potestatem tribuunt. Inititur hæc eorum doctrina falso principio, quod fovent de duplice Majestate, duplique ejus subjecto. Aliam enim dicunt esse Majestatem realem, quam penes populum, aliam vero personalem, quam penes Regem existere somniant. Videatur CHRISTOPHORUS MARTINUS COLERUS in dissertatione de divisione Majestatis in personalem & realem, Jenæ 1686. 4. CHRISTIANUS THOMASIUS in dissertatione de duplice Majestatis subjecto, Lipsæ 1672. 4. & HERRMANNUS CONRINGIUS, sub eoque respondens, NAAMAN BENSENIUS, in dissertatione de summi Majestatis subjecto, vindicato a Joannis Figlovii ineptiis, Helmstadii 1651. 4. Facile autem corruit falsa hæc Majestatis divisio, ubi accuratius perpenditur quod populus, dum Regem sibi constituit, aut omnem in eum Majestatem transfert, aut quasdam ejus partes vel sibi plane reservat, vel saltem communicari fecum ab Imperante stipulatur. Utroque casu manifestum, veram omnino ac realem, non vero personalem (utpote quæ in puro puto figmento consistit) esse Majestatem, quæ in Regem transfertur, licet posteriori casu populus ex parte subditus, ex parte vero imperans existat. Negari interim nequit,

nequit, speciosa satis esse, quæ pro se, suaque sententia Monarchomachi afferunt argumenta, eaque plerumque in genere, considerata, veriora esse, quam applicari in specie poterunt. Parum certe eorum valebit Philosophia in Regnis bello partis, ditionibusque ita hereditariis, ut divisionem quoque admittant. Ibi enim omnem in Imperantes trans-tulisse Majestatem populus videtur, sibique imputet, quod talem introduci Reipublicæ formam passus fuerit, quæ non-nisi ea relinquit, quæ transferre in alios plane non possu-mus, vitam pœna, libertatemque emigrandi propter religio-nem. Imo ipsa electiva quod attinet Regna, concedimus quidem, populum non propter Reges, sed Reges propter populum esse constitutos, Tyrannos etiam, tan-quam alieni juris usurpatores, pœna esse dignos; in eo tamen errare nobis videntur Monarchomachi, quod pro Tyrannis habeant eos, qui nondum (rite & secundum Imperii cui præsunt Leges, v. c. per pluralitatem Votorum, vel per clausulam commissoriam) pro talibus declarati aut depositi sunt, quodque adeo eos plecti quoque velint ob facinora, quæ tanquam veri adhuc Reges, ante modo dictam decla-rationem patrarentur. Ubi vero post rite factam depositionem de novo quædam contra Imperium moliuntur Tyranni, eos, tanquam privatos, publicaque Regis persona exutos, pro circumstantiarum gravitate, ultimo quoque suppicio affici posse, difficultate caret. Sed ne instituti nostri, quod unicum est, Autores recehserit, transgrediamur limites, ad eorum properamus recensionem, qui peculiaribus scriptis Monar-chomachorum dogmata propugnarunt, nulla omnino ratio-ne habita CLAUDII SESELLII, JOANNIS ALTHUSII, MARCI ZUERII BOXHORNII, LAMBERTI DANAEI, PHILIPPI HOENONII, JOANNIS CALVINI, CHRIS-TOPHORI GUDMANNI, HULDRICE ZWINGLII, DA-VIDIS PAREI, aliorumque, qui incidenter saltē in scriptis suis idem egisse incusantur.

§. 2.

Primum itaque locum occupet GEORGIUS, a loco Bucha-nativitatis in Levinia Scotiæ provincia sito, BUCHANA-nanus.

nus

Nus dictus, Vir, Thuano teste, ingenii felicitate & scribendi facultate, addo & dexteritate, incomparabilis, qui Luthermanismi suspectus, in vincula conjectus, sōpitis tamen custodibus, per cubiculi fenestram, (ceu ipse testatur Buchananus lib. 14. hist. Scot.) 1539. evaserat, diuque in Gallia & Lusitania delituerat, postmodum in patriam redux, Jacobi VI. Regis evasit pædagogus, & paulo antequam moriretur, (obiit autem anno 1582. ætatis 76.) Dialogum edidit de Jure Regni apud Scotos, Latine Edinburgi 1580. 4. & Anglice eodem 8. & 1581. 8. recusum ibidem 1589. 8. & annexum omnibus fere historiæ ipsius rerum Scoticarum editionibus, Belgice quoque translatum, Amstelodami 1598. 4. Hunc dialogum cum occasione motuum, a Maria Stuarta, Scotiæ Regina, datorum, scripsit, specialiorem quoque de Scotiæ Regno ei præfixit titulum, universè tamen de Regni Jure ibi disputat, & ingeniose quidem, atque ex ipsa Regnorum natura, & prima constitutione, sed libere nimis, accurate & reverenter parum. Atque hinc mirantur multi, ausum fuisse Buchananum, hunc suum Reginæ Majestati infensum dialogum, ipsi juveni Scotiæ Regi Jacobo VI, inscribere, ut patet ex præfatione scripta Sterlini 1579.

Nota.

Sed mirari aliquantum desino, mecum perpendens, Buchananum tantam apud Regem obtinuisse gratiam autoritatemque, ut Rex non modo monita ejus acciperet lubenter, sed incuria quoque ab eo accusari gesistret aliquando, cum ne perfectas quidem literas, a Buchananô nostro sibi oblatas, imperique administracionem per 15 dies in Buchananum transferentes, Régia sua subscriptione muore haud dubaret. Accedit, quod ubi in Reges injurias est Buchananus, contra Tyrannos tantum scriptissime videlicet; quod tandem nomen, in Jacobum Regem prorsus non quadrat poterat.

Liber interim expertus est, quas Autor non dedit, temeritatis poenas. Eum enim una cum Scotiæ historia anno 1584. a Parlamento interdictum, regnoque proscriptum testantur Annales Guilielmi Camdeni p. 410. edit. Amstel. 1677. 3.

§. 3.

§. 3.

Præter hunc de Jure Regni dialogum quæ scripsit Buchananus, Historica sunt & Poëtica.

Buchananiscripta Hist.
& Poëtico.

Nota.

Rerum Scoticarum historia libris XX descripta, a Fergusio primo Scotorum Regni conditore, ad an. 1572. prodiit una cum dialogo de Jure Regni apud Scotos, Edinburgi 1583. & 1593. fol. & ibidem 1643. 8. & Francofurti 1584. 1594. 1638. 8. Amstelodami 1643. 8. & Ultrajecti 1668. 8. & ibidem 1697. 8. Anglice Londini 1690. fol. Hunc librum falsitatis ex odio erga Mariam Reginam provenientis, accusarunt Scotiæ ordines, & Camdenus p. 110. afferit: Buchananum morientem oportasse, ut tantisper supereffet, donec maculas, quas maledicentia falso aspersisset, revocata veritate, vel sanguine elueret.

Vix tamen Camdeni testimonium tantum nobis videtur, ut propterea mendacii arguamus Buchananum, utpote a cuius partibus veritatem sterisse, rerum docuit eventus. Camdenum potius hoc in passu esse suspectum, vel inde pareat, quod ipsum Jacobum Regem Annalium suorum natus fuerit correctorem. Confer Mr. SADE's Paper about Buchanan's retraking, what he wrote against the Queen of Scotland, quod scriptum, quantum nobis quidem constet, adhuc latet ineditum.

Poëmata Buchanani, quæ extant, omnia prodierunt Amstelodami apud Elzevir 1676. 12.

Tantam in iis ostendit artis poëticæ peritiam, ut, quamvis nec cœlo nec solo nec seculo eruditio se natum cecinerit, ipsi tamen hosti suo Camdeno dicatur Poëtarum sui seculi Princeps. Praeceteris extimatur paraphrasis ejus poëtica Psalmorum Davidis, quam captivus in quodam Portugalliae monasterio composuit, quæque separatim prodiit Amstelodami 1618. 12. & cum argumentis Chytræi 1646. 12.

Poëma ejus, Monachus Franciscanus & fratres Sylva in scriptum, iussuque Jacobi V. Scotiæ Regis elaboratum, prodiit seorsum Basileæ 1564. & 1594. 8.

Plura vide apud Antonium Teissier in Elogijs Thuanis part. 2. p. 7. seq.

Quem vero Camdenus citat Buchananum librum, sub Detectio-
nis rubro editum, cum inspicere nondum contigerit, sicco
transimus pede.

Q

§. 4.

§. 4.

Brutus. Buchananum excipient VINDICIAS contra Tyrannos, seu de Principis in populum, populique in Principem legitima potestate, STEPHANO JUNIO BRUTO Celta, auctore. 1580. 8. sine impressionis loco editæ, recusæ 1589. 8. & Parisis 1631. 12. Autor eam, quam Buchananus ex summi Imperii origine atque natura deduxerat, sententiam, ex Sacra potissimum Scriptura adstruere conatur. Antiquiorem modo dicta editionem non vidimus, meritoque dubitamus, an extet illa, quam Struvius p. 177. Biblioth. Philos. Edinburgi 1579. 8. Lipenius autem ibidem eodem 4. impressam citat. Confundunt forsan has Vindicias cum modo recentissimo Buchanani dialogo. De cetero fictum esse Bruti nomen, consentiunt omnes, quis autem sub eo lateat Autor, sub judice lis est. Sunt, qui hunc laborem FRANCISCO HOTOMANNO tribuunt, quibus tamen assentiri, Bruti & Hotomanni sententiarum divertia vetant. THEODORUM BEZAM Autorem malunt Miltonius, Joannes Philippi, de quo mox & Scherzerus aliique. Imo ipse liber præfixo Bezæ nomine prodiit Amstelodami 1660. 12. Dominum ALDEGONDE autem Autorem facit Petrus Gartz, *im Puritanischen Glaubens- und Regiments-Spiegel*, qui prodiit Lipsiæ 12. sine anno. Grotius contra in Apologia adversus Rivetum contendit, PHILIPPUM MORNÆUM Plessiacum, Vindicias has scripsisse, edidisse autem LUDOVICUM VILLERIUM LOISLERIUM. Tandem GISBERTUS VOETIUS, publica autoritate instigatus, disquisitionem edidit de Autore Vindiciarum contra Tyrannos, quæ sub nomine Junii Bruti Celtae aliquoties editæ sunt, Amstelodami 1661. 12. ubi eos potissimum refutat, qui Bezam ejus libri Autorem dicunt. Male enim Bezæ nomen præfixum reperitur editioni Vindiciarum modo memoratae Amstelodamensi de 1660. 12. cum verus Autor sit HUBERTUS LANGUETUS, Consiliarius quondam Augusti Saxonie Electoris, hancque sententiam inter alios etiam sequuntur Zieglerus, Kulpisius & Boëclerus, qui Lausannæ Virum doctum fuisse testatur, qui pagellas habuit scriptas manu

manu ipsius Langueti, & quidem ita scriptas, quasi compo-
suerit, stylum etiam cum ipsius congruere.

Gallice versæ prodierunt Bruti Vindicæ sub Titulo : de
la Puissance legitime du Prince sur le peuple, & du peuple
sur le Prince 1581. 8.

Posterior quoque earum pars Germanice versa extat
hoc rubro : von dem Rechte und Gewalte der hohen Obrigkeit über die
Unterthanen, und von dem Ame der Unterthanen gegen die Obrig-
keit, übersetzt durch JOANNEM QLORINUM VARISCUM,
Magdeburg 1615. 4.

§. 5.

Succedant nunc ii, qui occasione rerum ab Henrico Bouche-
III. in Gallia gestarum scriptis suis Regum Majestatem im-
pugnarunt. Prodeat ex Pontificiorum castris JOANNES
BOUCHERIUS, Theologus Doctor Sorbonicus, qui de ju-
sta Henrici III. abdicatione e Francorum regno scripsit li-
bros 4. Lugduni-Gallorum 1591. 8. in quibus parum reli-
giose contra Principum Sanctitatem multa quidem, plera-
que tamen ex aliis exscripta, profert. Eundem Bouche-
riani patria lingua aliud ejusdem farinæ scriptum sub nomi-
ne FRANCISCI VERONENSIS CONSTANTINI divulgasse,
docet Gilielmus Barclajus de Regno & Regali potestate sub
initium libri 5. Prodiit autem scriptum illud hoc Titulo :
Francisci de Verone Constantini Jesuita Sicarii, seu Apo-
logia pro Joanne Castello Parisiensi, mortis suppicio affe-
cto, & pro patribus ac scholasticis, e Gallia olim exter-
minatis, contra Edictum Parlamenti Parisii in illos latum.
Gallice inquam hic liber produit 1610. 8. Latine autem Lug-
duni 1511. 8. Sed cum ad Henrici IV. Galliarum Regis tem-
pora jam pertineat, tantisper eum linquimus.

§. 7.

Jungimus his WILLIAM RAYNOLD, sive GUILIEL-
MUM REGINALDUM, qui sub GUILIELMI ROSSAEI no-
mine librum edidit, de justa Republicæ Christianæ in Reges
impios

Q. 2

impios & hæreticos autoritate , animadversione , justissima-
que Catholicorum ad Henricum Navarræum & quemcun-
que hæreticum a Regno Galliæ repellendum , confederatio-
ne , Antwerpia 1592. 8. Fuit autem Reginaldus Anglus ,
Theologiæ quondam in Collegio Pontificio Anglorum apud
Remenses Professor. Fallitur at Struvius in Bibliotheca
Philosophica p. 176. dum librum anonymas prodiisse , Rossæi
autem verum & non fictum Autoris nomen esse dicit. Quod
vero **Guilielmu[m] Giffordu[m]** Anglu[m] , Theologiu[m]
Doctorem & Ecclesiæ collegiatæ D. Petri Insulensis Deca-
num , ab aliis hujus libri Autorem dici afferit , ex con-
fusione forsan oritur alius libri , quem scripsit Reginaldus
sub Titulo Calvino-Turcismi , Antwerpia 1597. & Colonie
1603. 8. Hunc enim Guilielmo Giffordo tribuit Londor-
pius , ex eoque Deckherus de scriptis adespotis p. 152. quod
tamen merito in tantis miramur Viris , cum ipsius libri in-
spectio doceat , eum a Reginaldo scriptum , sed ob mortem
ejus intervenientem a Giffordo in ordinem digestum atque
editum fuisse.

§. 8.

Alanus. Huc etiam sine dubio referendus erit **WILLIAM ALLEN** ,
sive **Guilielmus Alanus** , Principalis Seminarii Angli-
cani apud Remenses , & postea Cardinalis , cujus Tractatus
politicus , sive Traité politique , que tuer un Tyran n'est
pas un meurtre , Struvio teste , Lugduni in Gallia 1658. 8.
& juxta Lipenium Bibl. Philos. voce Tyrannus , Francofurti
1658. 12. prodiit. Ipse liber rarer est , quam cujus copia
facile fieri possit , ac licet Struvius in Bibliotheca Phi-
losophica c. 7. §. 27. p. 179. & in Biblioth. Historica c.
6. §. 16. p. 426 Regicidium Anglicanum eodem defendi
afferat , quo minus tamen ei fidem habeamus , adducit nos
ANTONII ARNAULD Plaidoyé pour l'Université de
Paris , impressa Parisiis 1595. 8. ubi p. 13. diu , imo 50 ,
& quod excurrit , annis , ante patratam Caroli I. Anglo-
rum Regis cædem , hujus scripti Alaniani mentio injicitur:
Accedit , quod inter eruditos constet , Alanum tempore Eli-
zabe-

Zabellæ, Angliæ Reginæ, adeoque diu ante Regicidium, floruisse, id quod in suspicionem nos adducit, librum hunc forsan occasione Henrici III. Gallorum Regis, a Clemente Monacho cultri iœtu occisi, fuisse Anglice conscriptum, & postea supervenientibus motibus Anglicanis saltem recusum, Galliceque versum, nisi forsan duo ejusdem nominis Autores eandem sibi materiam diverso tempore deducendam sibi sumserint. Incidit tandem vero in manus nostras diu quæstus ille Tractatus GUILIELMI ALLEN, qui hoc præfert rubrum : Traité politique, composé par William Allen, Anglois, & traduit nouvellement en Francois, ou il est prouvé par l'exemple de Moysé, & par d'autres, tirés hors de l'Ecriture, que tuer un Tyran, titulo vel exercitio, n'est pas un meurtre, Lugduni 1658. 12. Fefellit autem nos conjectura, qua ad Henrici III. Gallorum Regis cædem scriptionem hanc referendam esse putabamus. Ex ipsa enim lectione appetet, eam nonnisi invectivam esse in Olivierum Cromwellum, Angliæ Protectorem, stylo satyrico conscriptam, ipsique Cromwello per jocum dicatam. Labitur igitur Struvius, dum in Bibliotheca Philosophica pariter ac Historica assertit, defendi hoc scripto Regicidium Caroli I. Anglorum Regis. Tantum enim abest, ut Autor Caroli interfectoribus faveat, quin potius a Caroli Regis stet partibus, ipsiusque hostem Cromwellum, tanquam Tyrannum, e medio tollendum suadeat, iis quidem argumentis, quæ haud obscure Autorem veneno Monarchomachico infectum produnt. Quale vero & cuius illud sit scriptum Alanianum de eadem materia, Regibus nimirum impune occidendis, conscriptum, atque ab Arnaldo diu ante Regicidii Anglicani vel Cromweli tempora memoratum, quidve de eodem sentiendum sit, huic nos ignorare ingenue lubenterque fatemur.

§. 9.

Eandem adhuc Henrici III. cædem peculiari libro de Gi-
quæstione, utrum Tyrannum, qui se palam hostem gerit gnardus.
Reipublicæ, liceat privato occidere? conscripto defendisse,
& Henricum IV. tertii successorem, si bello non periret,

Q 3

pari-

pariter vi privata occidendum , afferuisse fertur JOANNES GUIGNARDUS (ita eum vocat Autor Narrationis historicæ de Joanne Schattelio , quæ prodiit Augustæ Vindelicorum 1595. & Lætus in Compendio historico , falso autem Francisci nomen ipsi tribuit Autor de l'examen de quatre actes publiez de la part des Jesuites) Jesuita , qui propterea laquel poenæ dedit 1595. Ceterum hic Guignardi liber , quod sciam , typis expressus haud est , sed tantum in cubiculo inter schedas ipsius repertus .

§. 10.

Monar- Imo non solus hic Lojolæ Sectator , sed alii etiam ex IONA-
choma- TIANO ORDINE eadem cum Monarchomachis de Regibus
chi Jesui- occidendi dogmata fovent , licet diversis ad ea ducantur prin-
tæ. cipiis. Reliqui enim Monarchomachi omne suum in eo que-
runt præsidium , quod populi potestatem summam , Regiam
vero inferiorem , atque ab illa dependentem afferant. Ignatianus autem ordo non modo a populo , sed & a Pontifice Ro-
mano summam Regum potestatem penderet statuit , atque adeo
Pontifici jus Reges excommunicandi & depônenendi , privatis
vero etiam subditis hanc Pontificis sententiam exequendi ,
adeoque Reges interficiendi potestatem tribuit , id quod scri-
ptis etiam profiteri non erubuerunt nonnulli hujus Societatis
Viri , ut JOANNES MARIANA , Hispanus , libris 3. de Rege &
Regis institutione , ad Philippum III. Hispaniæ Regem scri-
ptis , Toleti 1599. & Moguntiæ 1605. 4. Confer in primis libri 1.
caput 6. sqq. CAROLUS SCRIBANIUS in Amphi - Theatro
honoris , in quo Calvinistarum in Societatem JESU criminati-
ones jugulatæ (ita enim fert Titulus) quodque sub ficto CLA-
RI BONARSCI nomina 3. libris edidit Palæopolis Aduatico-
rum , quæ aut Antwerpia aut Ingolstadium esse putatur , 1594.
1605. 4. GUIGNARDUS in scripto ante citato , & SUARE-
M. VIII. 10. 21us in libro infra adducendo. Alii Jesuitarum non quidem
scriptis , sed publice pro concione sacra , virus Monarcho-
machicum sparserunt , Regesque occidendos docuerunt:
Parisii Henricorum tempore id egerunt Patres GUNTIER ,
HARDY , & COMMOLET. Alii adhuc prava consilia priva-
ta

tim suppeditando , hujus criminis reos se fecerunt. Sic Varadius , Jesuitarum in Gallia Principalis , Petrum Barrierium , Patres d'AUBIGNY & GUERET autem , Joannem Castellum contra Henricum IV. incitasse dicuntur. Quas tamen inde reportaverint pœnas videbimus §. 17. — 21.

§. 11.

Atque hæc in Gallia gesserunt Jesuitæ Monarchomachi , Jesuitæ qui tamen , his finibus haud contenti , in Angliam quoque Monarhæ principia sua secum transportarunt. Sic BENEDICTUM choma-PALMIUM atque EDMUNDUM CAMPIANUM Jesuitas Eli chi. zabethæ Reginæ insidias struxisse , & Campianum propterea laqueo extinctum , testantur Annales , utut cum Sanctis martyribusque annumerare malit PAULUS BOMBINUS , ex eadem Societate , in Vita & Martyrio Edmundi Campiani Mantuæ 1620. edito.

Neque nullas Jesitarum in conjuratione pulveraria suis fe partes , vel solum docere nos poterit sumtum propterea ab HENRICO GARNETO Jesuita supplicium , quod nec Legati Hispanici intercessio , nec ejus pro 30000. Imperialibus oblata redemtio , avertere valuit.

§. 12.

Sicut Lojolæ , ita & CALVINI SECTATORES , quod nimirum Monarchomachis faveant , a nonnullis accusari solent , niani an quod tamen non sine injuria fieri putamus. Negari quidem Monarchon non potest , multos ex Calvinianis , cum nullum apud Principes reperirent religionis suæ , recens constitutæ , praefaci? dium , ad extrema prolapsos ; omnem tamen ideo Calvini familiam , omnesque ejus dogmatibus addictos , ejusdem cum Jesuitis hac in re erroris accusare , durum nimis videtur , præsertim cum magna satis in hoc passu eos inter & Jesuitas deprehendatur differentia. Hi enim , cum peculiari religionis voto ad cœcam omnino præstandam obedientiam Superioribus , Pontificique Romano obstringantur singuli , non possunt non , lite Pontificem inter & Reges sive Principes subor-

suborta, in hos esse injurii. Calviniani contra, utpote nullo tali, sanæ rationi obicem ponenti, vinculo obligati, saniora quoque circa Principum autoritatem principia fovere possunt, eosque reapse ea fovere, scriptis, & factis nonnulli eorum satis superque demonstrarunt. Adde, quæ dicemus infra §. 22.

§. 13.

Miltonius.

Omnium autem acerrime Monarchomachorum partes tueruntur, qui sceleratissimi illius Regicidii Anglicani in se suscepérunt defensionem. Eorum facile Princeps est JOANNES MILTONIUS, Anglus, qui præter librum, quem Anglico idiomate tenorem, sive tenuram Regum & Magistratum inscripsit, ubi, quid in genere contra Tyrannos liceat, ostendit, duplē Regicidii hujus, populique Anglicani dedit defensionem. Unam Salmasi defensioni Regiae opposuit Superiorum jussu, Londini 1651. fol. & 12. & Belgice editam 1651. g. alteram opposuit Miltonius libro, qui inscribitur Regii sanguinis clamor ad cœlum, Londini & Hagæ-Comitum 1654. 12. Plura de his dicenda restant, quæ tamen commodiori loco inferentur infra §. 23.

Hic saltem de Miltonio pauca adhuc monere liceat. Ipse Vitam suam breviter narrat in defensione secunda p. 60. sqq. Natus est Londini, literis cum ipsa quoque oculorum pernicie operam dedit Cantabrigiæ, postea Galliam, Italiæ, Genevamque invisit. Extat quoque JOHN TOLAT'S Hiberni, Socinianis non minus quam Monarchomachis addicti, Vita Miltonii, Anglice scripta, sive the life of John Milton, London 1699. 8.

Domum redux variis inclaruit Scriptis.

Nota.

Qualia sunt?

De reformato Ecclesia Anglicana libri 2.

De Episcopatu Praelatico, ejusque Apologia, animadversionibus in hoc opus editis, opposita.

De ratione disciplinas Ecclesiasticas.

De liberorum institutione,

Arcopagitica, de typographia liberanda.

Iconoclastes, quod Scriptum Iconi Caroli Regis opposuit.
Singulares etiam circa conjugia & divorcia fovit optiniōnes, quibus fa-
& cum est, ut non modo sex repudiaret uxores, sed sequentia quoque
hac de materia ederet scripta.

Tetrachordon or an exposition of the 4. chief places of Scripture con-
cerning Marriage and divorce, London 1645.

Of the doctrine and discipline of divorce in 2. Books, London 1644.
4. cui cum opponetur Answer to Milton's doctrine and discipline
of divorce, London 1644. 4. repositus Miltonius

Colasterion, or a Reply to a nameless answer against the doctrine and
discipline of divorce, London 1645.

Magnam quoque apud Poētas meruit laudem Miltonius. Extant
ejus

Poēmata Anglicana, Londini 1645. 8.
Latina ibidem. 8. Omnia autem conjunctim, Londini 1695. fol.
cum notis. Emittere in iis Paradisus amissus & recuperatus, seu
the Paradise lost, in X Books, London 1669. 4, and the Paradise
regained, in IV Books, London 1690. 8. & conjunctim cum
Annotationibus, Londini 1695. fol. & 1707. 1713. 8. 2. Vol.
Quod opus novo apud Anglos exemplo, metrice quidem, sed
sine rhythmis, contexuit,

Litera ejus, nomine Senatus Anglicani, Oliverii Cromwelli & Ri-
chardi ad diversos Europae Principes & Reges exarata, prodire
Londini 1647. 8. & Lipsiae & Francofurti cura M. JOANNIS
GEORGII PARTII 1690. 12.

Historia ejus Britanniarum & speciatim Angliae a prima Origine usque
ad Normannum conquestorem, Anglice Londini 1668. 4. Con-
junctim vero

Opera Historica & Politica Miltonii, Latine & Anglice prodierunt
3. Voluminibus, 1698, fol.

§. 14.

Pergimus nunc ad eos, qui, quos hactenus memoravi. Monar-
mus Monarchomachorum Scriptores, sibi sumserunt refu-
choma-
tandos. Buchananus, Bruto atque Boucherio, una opera li-
chorum
tem movit **GUILIELMUS BARCLAJUS**, ex nobili oriundus Refuta-
Baronum in Scotia gente, quam ab Hardingo, Suenonis tores.
Esthritii Danorum Regis filio, deducit Joannes Isaacus Barcla-
Pontanus Rerum Danicarum Lib. 5. p. 193. edit. Amstelod. jus.
1631. fol. Vixit autem Guilielmus noster, Pontificia reli-
gionis tenacissimus, sub Maria Stuarta Scotia Regina, insigni
apud eam gratia pollens. Simul autem ac eam carcere
videret inclusam, dolore confectus, Lutetiam migravit an-

R

no

no 1571. Hinc, salutata Avaricorum seu Bituricensium Academia, a Carolo L Lotharingæ Duce Muffipontum vocatus, supplicibus libellis & Juris Civilis Scholæ præficitur, ceu refert Autor Vitæ Joannis Barclaji, (Guilielmi nostri filii, de quo infra) præfixæ Argenidi Joannis Barclaji, Norbergæ 1673. in 12. cui tamdiu fidem habebimus, donec meliorem adduxerit autoritatem Carolus Arndius, qui in Bibliotheca Politico-Heraldica p. 369. Guilielmum nostrum Parisiis ab Andibus ad primariam Juris Civilis cathedram evocatum, ibique post quinquennium mortuum, refert. Satis eum refutat ipse Barclaji liber, quem hic innuimus, qui-que sequens præfert rubrum: Guilielmi Barclaji, illusterrimi Ducis Lotharingiæ Consiliarii, supplicumque libellorum ma-gistri, atque in celeberrima Academia Ponti-Mussana J. V. Professoris ac Decani, de Regno & Regali potestate adver-sus Buchananum, Brutum, Boucherium, & reliquos Monarcho-machos libri VI. quorum primum & secundum Buchanano (errat Struv. Bibl. Philos. p. 176. dum tertium quoque addit) tertium & quartum Bruto, quintum & sextum Boucherio opposuit, ac primum & secundum quidem in forma dialogi, cum Anna Daniele Boutellerio, Principis Francisci Lotha-ringi, Comitis Vaudemontani, præfecto seu gubernatore, habiti. Promittit quoque mox sub initium lib. I. septimum, de officio Principis librum, quem tamen priusquam ederet, morte forsan fuit præreptus. Sex priores Henrico Magno, Gallorum Regi dicati, prodierunt Parisiis 1600. 4. & subje-cti quoque reperiuntur ejusdem Barclaji libro de Potestate

M. VIII. s. Papæ (infra nobis recensendo) Hanovix 1617. 8.

§. 15.

Bucha-nani An-tagoni-sta.

In specie contra BUCHANANUM adhuc ante Barclaji li-brum prodiit.

I. ADAMI BLACVODÆI Apologia pro Regibus contra Bu-chanani dialogum de jure Regni apud Scotos, Piëtaviis 1581. 4. & Parisiis 1588. 8. Extat ejusdem de' Vinculo seu coniunctione religionis & imperii, & de coniunctionum insidiis religionis fuco adumbratis, lib. 2. anonymous

- anonymus, Parisiis 1575. 8. & cum additione libri tertii
Augustoriti Pictonum. 8.
2. **NINIANUM WINZETUM** Theologie Doctorem & Abba-
tem Ratisbonensem, adversus Buchananum scripsisse, Au-
tor est Barclajus, qui etiam hoc refert
 3. **CUNERI**, Episcopi Leovardiensis, librum de Chri-
stiani Principis officio, deque obedientia, quæ secun-
dum conscientiam ex sacris literis ei debetur, quem ta-
men Buchananus doctrinæ potius, quam ipsius dialogo
oppositum puto. Ipsum enim Cuneri librum non vidi,
at in Catalogo Bodléjano ejus reperi editionem, Colonix
Vedelii scripta, & Antagonistæ. Hæc cum Grotio moveretur lis, NICOLAUS VEDELIUS dissertationem habuit Daventriæ 1638. de Episcopatu Constantini M. seu de potestate magistratum Reformatorum circa res Ecclesiasticas, quæ postmodum recusa est Franciscus 1642. 8. & Delphis 1661. 12. Cum autem in ea minus recte interpretaretur verba Constantini M. apud Eusebium in Vita ejus : *Vos estis Episcopi intra Ecclesiam, ego Episcopus extra Ecclesiam*, Senatus Daventriensis non modo suppressit dictam dissertationem, sed varii quoque ejus inventi sunt refutatores. Sic enim habemus JACOBI TRIGLANDII Tractatum de Civili Ecclesiastica potestate contra Vedelium, Amstelodami 1642. 8. & JACOBII REVII examen dissertationis Vedelii de Episcopatu Constantini M. Amstelodami 1642. 4. In primis vero memorabile est GUILIELMI APOLLONII Jus Majestatis circa sacra, seu de jure magistratus circa res Ecclesiasticas, contra Nicolai Vedelii (jam tum mortui) Tractatum de Episcopatu Constantini M. 2. partibus, Medioburgi 1642. 8. Huic Apollonii scripto a Vedelii defensore quodam opponebantur Grallæ, seu veræ puerilis Cothurnus Sapientiæ, contra Guilielmum Apollonium de jure Majestatis, Franciscus 1646. 8. Repofuit Apollonius Grallopænum detectum, seu Epistolam ad Jodocum Larenum de Grallarum autore, Medioburgi 1647. 8. LARENUS quoque epistolam edidit ad Guilielmum Apollonium contra calumnias libelli famosi, cui nomen Grallæ, Medioburgi 1646. 8. Sed iterum a Vedelii defensore anonymo opponebatur Grallator furens, seu responsio ad Epistolas G. Apollonii & Jodoci Lareni, quas ediderunt contra Grallarum Autorem, Franciscus 1647. 8. nec non Bombomachia Vlissingana, seu Responsio ad Epistolam Jodoci Lareni, quam edidit ad Solandum Guilielmum Apollonium Grallatorem Vereanum, Franciscus 1647. 8.

Belgarum scripta circa
Jura Sa- ex Belgis idem argumentum pertractarunt
crorum,

§. 5.

JOAN-

JOANNES UYTENBOGAERT, Mauriti, Auriaci Principis, Theologus, homo Arminianus, de autoritate Magistratus in rebus Ecclesiasticis, ex Belgico versum, Roterdami. 1647. 4.

A. C. E. M. G. de officio Magistratus Christiani circa sacram ministerium, Hagæ 1662. 8.

D. V. S. de summa potestate Majestatis circa sacra, Ziricsee 1666. 12.

GERARDUS JOANNES VOSSIUS in dissertatione Epistolica de jure Magistratus in rebus Ecclesiasticis, Amstelodami 1669. 4. Conf. I. VIII. 1. voc. Ryssel. & I. II. 2.

GERARDUS van der MUELLEN de jure summæ potestatis in conscientiam civium, Ultrajecti 1686. I. III. 13.

Ejusdem forum conscientiæ, seu jus poli, Ultrajecti 1693.

GERARDUS NODT, Antecessor Lugdunensis, in dissertatione I. V. 3. de potestate Principum & libertate conscientiæ, quam Gallice versam edidit **JOANNES BARBEYRAC**, Amstelodami 1707. & 1714. 12. Ex Gallico autem Anglice eam vertit **SAVAGE**, Londini 1708. 8. Conf. II. IX. 2. II. X. 4. I. V. 3. not.

§. 6.

Gallici

Apud **GALLOS** præ ceteris strenuum potestatis Ecclesiastice vindicem egit **MOYES AMYRALDUS**, in Academia res de Salmuriensi ad Ligerim Theologus, Protestantium sacriss ad Jure Sædictus, contra quem pro magistratibus scriptis **LUDOVICUS crorum. MOLINAEUS** in Parænesi ad ædificatores Imperii in Imperio, in qua defenduntur jura magistratus contra Mosen Amyraldum, Londini 1656. 4.

Prodicit etiam de Ecclesiastica ac politica potestate liber unus, Parisii 1612. 8. Anglice versus Londini 1612. 4.

Et **FRANCOIS DU JON** sive **FRANCISCUS JUNIUS**, Bituricensis, de Comitiis, Synodis, & Synodalibus judiciis, magistratusque summi in talibus jure atque officio, Franecqueræ 1614. II. X. 8.

§. 7.

Anglici scriptores de Jure sacrorum. **Ex ANGLIS succurrunt**
HOOKE R's Ecclesiastical policy, London 1613. fol.
THOM. FITZHERBERT's of policy and religion, 2. parts
 1615. 4.
Tractatus de differentia Regis potestatis & Ecclesiasticae,
 Londini 1634. 4.

WILLIAM PRYNNE **Sword of Christian Magistracy supported**, London 1647. 4. & Latine hoc Titulo : Fulcimentum gladii Christianorum Regum ad haereticos schismaticos puniendos, 1649. 8.

Eiusdem **PRYNNE** **Apology for indulging liberty to tender Consciences**, London 1662. 4.

CLAUD GILBERT **the Libertine School'd**, or a Vindication of the Magistrate's power in religious matters, London 1657. 4.

JOANNES MILTONIUS **de religione vera, haeresi, schismate, toleratione & quod optimum tutissimumque sit impediendo Papatu**, Anglice, Londini 1673. 4.

Liberty and dominion of conscience, 1677. 8.

LOWD **on Church-Power.**

SAMUEL PARKER **de Regimine Christianæ Ecclesiæ**, London 1683. 4. cum quo ne confundatur.

ROBERTI PARKERI **Politeia Ecclesiastica**, Francofurti 1616. 4.

BROKESBY'S Government of the Church, London 1712. 8.

§. 8.

Germani **Ex GERMANIS** **huc præ ceteris spectat** **AHASVERI**
nici scri-**FRIETSCHI**, Cancellarii Schwarzburgici, **Jus Ecclesiasticum**,
ptores de quod collectionem continet variorum de jure Magistratus
Jure fa-**circa sacra scriptorum**, ut Gebhardi, Conringii, Haveinan-
crorum. ni, aliorumque. Nobis quæ suppetunt hujus generis scripta,
 paucis nunc indicabimus.

BECKMANNI (Joannis Christophori) **dissertatio de jure sub-**
ditorum circa sacra, Francofurti ad Viadrum. 4.
à CHOKIER (Joannis) **Vindiciae libertatis Ecclesiasticæ**,
 Leodii 1630. 4. Cu-

- CLOUTENIUS** (Joachimus) de Juribus Majestatis circa religionem , Argentorati 4.
- COCCEJUS** (Henricus) de Majestate ejusque juribus circa sacra & profana , Helmstadii 1669. 4.
- CONRINGII** (Hermanni) dissertatio de Majestatis civilis autoritate & officio circa sacra , Helmstadii 1645. 4. & in Fritschii collectione modo laudata.
- DEUTSCHMANN** (Joannis) de Jure Majestatis circa religionem , Vitebergæ 1655. 4.
- FABRI** (Antonii) de religione regenda in Republica lib. 3. Jenæ 1625. 4. Francofurti 1685. 4. & cum notis Ahasveri Fritschii , Vratislaviæ 1665. 4.
- FRTSCHII** (Ahasveri) dissertatio : cuius est regio , illius est religio . Erat Fritschius Cancellarius Schwarzburgicus . Vide de eo II. V. 4. 8. II. VI. 6. II. VII. 12. II. X. 6. II. XI. 10. 11. 12. 16. III. I. 12. III. III. 8. III. IV. II. 12. 13. 15. IV. I. 6. 9. 16.
- GEBHARDI** (Henrici) alias **WESENERI** , Cancellarii Rutheno-Gerani , & famosi Chiliaſtæ , de potestate & Regimine Ecclesiastico , Geræ 1614. 8. & Francofurti 1627. 8. & in Fritschii Jure Ecclesiastico , Jenæ 1682. 4.
- GOCKELII** (Ernesti) de Majestatice religionis jure , Linda-viæ 1688. 4.
- GODREVEN** (Simon) discursus de quæstione : an exercitium religionis contra superiorem armis defendi possit ? Giessæ 1624. 4.
- HAVEMANNI** (Michaelis) Ministerii Stadensis Senioris , IV. I. 7. Helice Hierotactica , seu dissertatio Theologico-Politica de jure Episcopali , ostendens hujus juris originem , indolem , ad Status Imperii Augustanæ confessioni additæ translationem , ejusque legitimam usurpationem , Hammipoli 1646. 8. & in Fritschii collectione .
- HENSLERI** (Joannis) de cura Magistratus religiosa , in Conradi Burmanni Jurepublico Tom. 3. num. 16. p. 517. Francof. 1618. 4.
- a **JENA** (Gothofredi) dissertatio de Regimine Ecclesiastico , Giessæ 1651. 4.

- III. II. 7. LIEBENTHAL (Christian) de Regimine Ecclesiastico, ejusque directoribus, Giessæ 1623. 4.
- LINCKII (Henrici) de Jure Episcopali, Francofurti & Lipsiæ 1697. 4. Conf. II. VII. 10. III. IV. 14. IV. I. 8. 10.
- LUDEKER (Friderici Augusti) de potestate Principis circa religionem, Vitebergæ 1694. 4.
- Osiander (Joannes Adamus) Theologus Tubingensis, de Jure Majestatis circa sacra, Tubingæ 1667. 4.
- PRUINUS (Alexander) de summarum potestatum autoritate in sacra, Helmstadii 1671. 4.
- REICHEL de Majestatis circa sacra officio & jure, Vitebergæ 1685. 4.
- ROEHRENSEE (Christiani) Professoris Vitebergensis, dissertatio de cura religionis, Vitebergæ 1693. 4.
- Eiusdem dissertatio de jure zeli circa religionem, Vitebergæ 1703. 4. ubi promittit plures hujus generis dissertationes, tum de zelo circa religionem in genere, tum intuitu Majestatis civilis, Theologorum & subditorum ac plebis.
- SEITZENS (Johann Christian) Vorstellung vom Recht und Macht Weltlicher und Christlicher Obrigkeit in Religion- und Kirchen-Dingen, Hamburg 1712. 8.
- SIGFRID (Thomas) von der neulich erregten Frage: ob man der hohen Obrigkeit in Religions-Sachen gehorchen sollte oder nicht? 1590. 4.
- SIOEBERGII (Gabrielis) dissertatio de Jure Principis circa sacra, Pernaviæ 1699. 4.
- SLEVOGT (Joannes Philippus) de securitate Religionis, Jenæ 1722. 4.
- STEGMANN de Jure Principis circa sacra, Gryphiswaldiæ.
- TABOR (Otto) de Regimine Imperantium Ecclesiastico, 1654. & 1656. 4. Conf. II. II. 2. II. IX. 4. III. IV. 14. IV. II. 5.
- WENDELERI (Michaelis) Professoris Vitebergensis, dissertatio de Magistratus officio circa religionem, Vitebergæ 1658. 4.
- Eiusdem dissertatio de Jure Majestatis circa sacra, Vitebergæ 1676. 4.

ZENT-

ZENTGRAVIUS (Joannes Joachimus) de libertate religio-
nis.

§. 9.

Magis adhuc ad Germaniæ statum respiciunt

Scripto-
res ad
Germaniæ Sta-
tum, cir-
ca Jus sa-
crorum. }

DISCURSUS politicus de quæstione : utrum Electores & Principes Romani Imperii contra Imperatorem , si orthodoxiam extirpare vellet , se & subditos armis defendere possent ? 1623. 4.

JOANNES SCHILTERUS , Professor Argentoratensis , de libertate Ecclesiarum Germanicarum , Jenæ 1683. 4. quem laborem ad imitationem PETRI PITHOEI edidit , cuius libertas Ecclesiæ Gallicanæ prodiit Parisiis 1609. 4.

De THOMASII , STOLTZII ac BRENNYSENII scriptis , ad jus sacrorum , quod Germaniæ Principibus competit , spectantibus , egimus supra . Conf. I.VI.4.9.num.10.sq.

HENRICUS HENNIGES de summa Imperatoris potestate circa sacra , Noribergæ 1676. 8.

JOANNES WOLFGANG TEXTOR in dissertatione de Jure Episcopali in terris Statuum Protestantium , Heidelbergæ 1671. 4. Sed cum Clericis nimium tribuat , refutavit eum

JUSTUS HENNING BOEHMER , de Jure Episcopali Principum Evangelicorum , Halæ 1712. & 1719. 4.

NICOLAUS CHRISTOPHORUS LYNCKER , Professor pri-
mum Jenensis , postea Liber Baro , & Consiliarius Auli-
cus Cæsareus , de superioritate sacra , Jenæ 1689. 4.

SAMUEL STRYCK , Professor Halensis , de Jure Papali Principum Evangelicorum , Halæ 1694. 4. Conf. seqq §. 12. 13.
II. V. 5. II. IX. 6. II. X. 5. 6. II. XI. 7. 10. 11. III. III. 8.
III. IV. 10. 13. 15. IV. I. 6. 9. 15. IV. II. 3. 5. 9. IV. IV. I.

JOANNIS GEORGII REINHARDI , Meditationes de Jure Principum Germaniæ , ucmprimis Saxoniæ , circa sacra , ante tempora Reformationis exereito , Halæ 1717. 4.

JOANNES PETRUS LUDEWIG , de præcipuo Principiis Evangelici , Halæ 1719. 4.

CHRISTIANUS WILDVOGEL , de Jure circa Sacra Civita-
tum Imperialium Protestantium , Jenæ 1713. 4.

EVERHARDI OTTONIS Oratio de Jure Imperatoris & Sta-
tum Imperii circa sacra , habita Ultrajecti , & recusa Halæ
1724. 4.

§. 10.

- De Tem- Hactenus recensisti Sacrorum jura in genere considerata
plorum contemplantur. Supersunt & alii, qui specialiores horum
& Coeme- jurum particulias seorsim explanarunt. Sie in specie de TEM-
teriorum PLORUM jure conferantur
- Jure. HENRICUS BINNIUS de juribus Majestatis circa fana,
Helmstadii 1657. 4.
- Justus HENNING BOEHMER de potestate civili in templo,
Halæ 1719. 4.
- Eiusdem dissertatio de jure Statuum Protestantium circa
Monasteria Catholicorum, Halæ 1719. 4.
- Eiusdem de jure & onere reficiendi Ecclesiæ, Halæ
1721. 4.
- Eiusdem de Sanctitate Ecclesiarum, Halæ 1722. 4.
- HENRICUS LINCK de juribus templorum, Jenæ. 1674. 4.
- CHRISTIANI WILDVOGEL jura altarium, Jenæ 1716. 4.
- FRIDERICUS PHILIPPI de SUBSELLIIS Templorum,
vix Kirchen - Stühlen, recusa est dissertatio Lipsiæ 1711. 4.
- Templorum juri annexum est illud COEMETERIORUM
& SEPULTURÆ. Videantur omnino
- Justus HENNING BOEHMER de jure erigendi Coemeteria,
Halæ 1716. 4.
- Eiusdem jus denegandi communionem Coemeteriorum
vom Todten - Bann, Halæ 1717. 4.
- REINHOLDI FRIDERICI SAHME dissertationes duæ, de se-
pulturæ denegatione, Regiomonti 1710. 4.
- CHRISTIANI THOMASI jura Principis circa solennia sepul-
turæ, Halæ 1702. 4.
- CASPARI HENRICI HORNII dissertationem huc facientem
laudabimus §. 12.
- De Jure EPITAPHIORUM differuit NICOLAUS PRAGEMANN,
Jenæ 1719. 4.

§. 11. Ad

§. II.

Ad res Ecclesiasticas quoque refer R E D I T U S Ecclesiasti- De Re-
cos, de quibus conferantur ditibus
HIERONYMUS GIGAS de pensionibus Ecclesiasticis, Collo-Ecclesia-
niæ 1619. 8. & una cum ejus responsis & quæstionibus desicis.
hac materia, in Tractatu Tractatum.

CASPARI HENRICI HORNII dissertatio de jure eleemosyna-
rum & Collectorum Ecclesiasticarum.

PETRI MULLERI dissertatio de numo confessionario, recusa
sexta vice Jenæ 1715. 4.

CHRISTIANUS WILDVOGEL de Oblationibus, quæ fiunt
in Ecclesia, per sacculum sonantem, Jenæ 1705. 4.

JOANNES PETRUS LUDEWIG de Jure Annatarum.

GERHARDI WILDERMANN, Pastoris Gedanensis, *Große Diana*
der Epheser, oder Tractat von denen Accidentien derer Prediger
1693.

FRANCISCI STYPMANNI, Antecessoris Gryphiswalden-
sis, Tractatus posthumus, de Salariis Clericorum, Gry-
phiswaldii 1650. 8.

§. 12.

Porro huc pertinet Ministrorum Ecclesiæ C O N S T I T U T I O . De Jure
Hac tamen in re nihil morabimur **HENRICI DODWELLI**, Du-Patrona-
blensis, jus Laicorum Sacerdotale, (quod BOEHMERUS intus.
dissertationibus juris Ecclesiastici refutavit) neque **PHILIPPI**
JACOBI SPENERI, Präpositi Berolinensis, *Geistliches Priester-
thum*, qui huic constituendi ministros juri cuniculos agere vi-
dentur. Subjungemus potius sequentes de JURE PATRO-
NATUS Scriptores.

de ANANIA (Joannes) de jure Patronatus, Francofurti 1581.
in collectione cum aliis ejusdem materiæ, & ibidem
1609. 8.

AZELATANUS (Joannes Nicolaus) de jure Patronatus, Lug-
duni 1579. & Francofurti 1581.

Bon-

- BOEHMER (Justus Henning) in dissertatione : juris Patronatus genuina repræsentatio , Halæ 1720. 4.
- BOICH (Henricus) de jure Patronatus , in collectione cum aliis, Francofurti 1609. 8.
- de BUTRIO (Antonii) Bononiensis , Tractatus de jure Patronatus, extat cum aliis Francofurti 1581. & 1609. 8.
- de CITADINIS (Pauli) Tractatus de jure Patronatus , Lugduni 1579. Francofurti 1581. & 1609. 8. cum Curtio, aliisque hujus materiæ Scriptoribus.
- CURTII (Rochi) seu de CURTE , Tractatus seu Repetitio in Rubr. de jure Patronatus , Venetiis 1587. Lugduni 1579. & in Collectione , Francofurti 1581. & 1609. 8.
- DALNER (Andreas) de jure Patronatus.
- FINCKELTHAUS (Sigismund) de eodem , Lipsiæ 1639, & 1680. 4.
- HORNII (Caspari Henrici) dissertatio de eodem ; ut & jure Subselliorum in Templis , & Sepulturæ , Vitebergæ 1714. 4.
- LAMBERTINUS (Cæsar) de jure Patronatus 3. libris , Lugduni 1579. Francofurti 1581. & 1609. 8. in collectione cum aliis.
- NICOLAI (Joannes) de jure Patronatus, una cum Curtio aliisque, Francofurti 1609. 8.
- de ROYE (Franciscus) Tractatus de jure Patronatus.
- SCHOOCKII (Martini) dissertatio, de eodem, contra Voëtium scripta, qui aboleri illud vult , ac licet a Schoockii partibus stet veritas , minus bene tamen videtur deducta. Extat Schoockii hoc scriptum inter ejus dissertationes conjunctim editas num. 18.
- STEPHANI (Matthæi) de jure Patronatus , Gothæ 1672. 4.
- THOMASII (Christiani) præcipua juris Patronatus Ecclesiistarum Protestantium vulgaris jura , Halæ 1715. 4.
- VNRATH (Caspar) de jure Patronatus, extat in Fritschii Collecione juris Ecclesiastici.
- VOETIUS (Gisbertus) de jure Patronatus & vocatione Ministeriorum Ecclesiæ in Ecclesiis Reformatis , Ultrajecti 1639. 4.

WEBER

WEBER (Christianus) de jure Patronatus, Arnstadii
1647. 8. vid. §. 13.

De Renovatione vocationis extat dissertatio BOEHMERI.
De Translocatione Ministrorum Ecclesiæ differuit SAMUEL
STRYCK, Halæ 1706. 4.

De nominatore hæretico ad parochiam, *vom Vorschlagungs-Rechte*,
dissertatio JOANNIS PETRI LUDEWIG, Halæ, 1716. 4.
Ejusdem extat dissertatio de sorte suffragatoria Ecclesiæ,
vom Priester-Loos, Halæ 1704. 4.

De jure visitandi Ecclesiæ AHASVERUS FRITSCHIUS peculiari Tractatu egit, qui extat Rudelstadii 1667. 4. & in ipsius Jure Ecclesiastico, Jenæ 1682. 4.

De Constitutione Episcoporum differuit HERMANN CON-
RING.

Addo JOANNEM FRANCISCUM BUDDEUM de Origine &
potestate Episcoporum.

§. 13.

De JURISDICTIONE, JUDICIIS & LEGIBUS Ecclesiasti- Leges &
cis extant Jurisdi-
ERASMI UNGEPAUER, JCTI Altortini & Jenensis, differ- ctionalia
tatio de Jurisdictione Ecclesiastica, Jenæ 1657. 4. Conf. Ecclesiæ.
I. VIII. 2. II. 5. II. XI. 10. IV. I. 16.

*Untersuchung des ewahren Grundes, aus welchem die höchste Gewalt
eines Fürsten über die Kirche berzuleisen. Halle 1719. 8.*

SAMUELIS STRYCKII dissertatio de Origine jurisdictionis
Ecclesiasticæ, Halæ 1710. 4.

MULLER de judiciis Ecclesiasticis Protestantium, 1667. 4. §. 12.

CHRISTIANUS WEBER de jure Confistoriorum, extat in Fritschii Jure Ecclesiastico.

HENRICI BODINI dissertatio de illicita a Principibus Prote-
stantibus provocatione in causis Ecclesiasticis, Halæ
1699. 4.

§. 14.

Causæ
Huc etiam refero potestatem Principum in CAUSIS MA-Matri-
TRIMONIALIBUS, quatenus illæ non tam ipsos Principes, de moniales
Y his .

his enim infra, sed eorum subditos concernunt. Scripserunt
hac de re

JOANNES LAUNOVIUS, Doctor Sorbonicus, de jure secula-
rium Principum Christianorum in sanciendis impedimen-
tis matrimonium dirimentibus, Parisiis 1675. 4. refu-
tatus a

DOMINICO GALESIO de jure Ecclesiæ in sanciendis legi-
bus matrimonium impedientibus & dirimentibus, Ro-
mæ 1679. 4.

JOANNES GEORGIUS a DISSELDORFF de potestate Sta-
tuum Imperii Protestantum circa matrimonia subdito-
rum, & jure relaxandi legem prohibitivam circa eadem,
Francfurti ad Oderam 1691. 4.

JUSTI HENNING BOEHMERI dissertatio de jure Principiis
Evangelici circa divortium, Halæ 1715. 1720. 4.

Eiusdem de jure Principi Protestantum circa solennia ma-
trimonii Ecclesiastica, Halæ 1718. 4.

JOHANN MARTIN LANGE, *dass die divortia Jure Naturæ
verbotten seyn, vvieler Herr Böbmern, Berlin.*

JOANNES BALTHASAR WERNHER de potestate Principiis
circa novas nuptias, malitioso desertori statim post sén-
tentiam concedendas, Vitebergæ 1708. 4.

IV. III. 2. **GOTHOFREDI LUDOVICI MENCKE** sana de jure Principiis
Evangelici circa divortia doctrina, Vitebergæ 1719. 4.

V. 6. **GOTTLIEB GERHARD TITIUS** de polygamia, incestu & di-
vortio Jure Naturæ prohibitis, recusa Lipsiæ 1720. 4.

JOANNIS JOACHIMI MULLERI, Archivarii & Secretarii
Viniariensis, Dispensations - *Recht in verbotenen Ehen der
Churfürsten, Stände, &c.*, Jenæ 1706. 4.

GEORG BEYER de dispensatione circa matrimonium in Opu-
sculis, Lipsiæ 1723. 4. num. XI.

ANDREAS GETSCHE de eo, quod justum est circa dispen-
sationem matrimonii, ob legem consanguinitatis vel affini-
tatis Jure Divino prohibiti, Halæ 1718. 4.

§. - 15.

Jurisdictioni circa Sacra accensenda adhuc erit Cura
CALEN-

CALENDARII, dierumque sacrorum ac festorum indictio. Calen-
Habemus hac de materia
darii, Fe-

FRIDERICI CHRISTIANI BUCHERI Jus Majestatis circa storum
tempus, Vitebergæ. 1677. 4.

&c.cura

JOANNIS PHILIPPI PALTHENII dissertationem de jure Prin-
cipis circa suppurationem temporis subditorum, Gry-
phiswaldiaæ 1703. 4.

JACOBI BRUNNEMANNI dissertationem de jure XI. dierum
Calendario subtractarum, Francofurti 1700. 4.

JOANNIS SAMUELIS STRYCKII dissertationem de jure Sab-
bathi, Halæ recusam 1715. 4. contra quam prodiit

D. GEORGII BEYERI *Unvorgreifliches Bedencken vom Rechte des
Sabbaths, und der üblichen Kirchen Ceremonien, auf Veran-
lassung einer von dieser Materie unter Herrn Johann Samuel
Stryck, F.Ci in Halle, Präsidio gehaltenen Inaugural di-
sputation, Leipzig 1703.* Addatur

GOTTLOB FRIEDRICH SEELIGMANNI dissertatio de iis,
quæ circa receptam de Sabbatho doctrinam a non nem-
ine in dubium nuper vocata sunt, Lipsiæ 1703. 4.

De jure PRECUM PUBLICARUM extat dissertatio JUSTI
HENNINGI BOEHMERI, Halæ 1705. 4. Rechte Ministros Ver-
bi Divini pro Domino tantum territorii, etiam in illis locis,
quæ feudi nomine ab alio Principe agnoscit, preces fundere
publicas, licet feudi Dominus contradicat, & omissionem
Domini territorii plane urgeat, ostendit JOANNES WIL-
HELMUS ENGELBRECHT, in Casuum aliquot juris selectio-
rum resolutionibus, Helmstadii 1715. 4. num. 3.

De officio Principis circa SCANDALA dissertationem in-
auguralem habuit JACOBUS GABRIEL WOLFF, Halæ. 4.
Speciatim de DIVINATIONIBUS in Civitate prohibitis, dis-
seruit GOTTFRID POLYCARTUS MULLER, Lipsiæ
1721. 4.

De Crimine SIMONIAE dissertationem habuit BOEHME-
RUS, Halæ. An vero venditio Præbendæ pro simoniaca haben-
da in terris Protestantium, peculiari dissertatione discus-
sit JOANNES SAMUEL HERING, Sedin 1717. 4.

§. 16.

Concilia, Pergimus ad Jus Principum decidendi **CONTROVERSIAS**
 Contro- Theologicas, convocandi **CONCILIA**, eoque referimus
 versiae **HERBERTI THORNDICII** dissertationem de ratione & jure
 Theolo- finiendi controversias Ecclesiae, Londini 1669. fol.
 gicæ. **CARPZOVIVM** peculiari dissertatione, de jure decidendi con-
 troversias Theologicas, tribuere saltem Principi jus con-
 vocandi Theologos, his autem jus decidendi, ideoque
 I. VI. 4. Thomasio vapulasse, monuimus supra.

HENNINGI ARNISÆI Tractatus de jure Conciliorum rela-
 tus est 1622. in indicem librorum prohibitorum Roma-
 num.

HERMANNI CONRINGII dissertatio de Majestatis potestate
 circa Concilia, prodiit Helmstadii 1650. 4.

GEBHARDI THEODORI MEYERI dissertatio de Conciliis,
FRANCISCUM JUNIUM de Jure magistratus in Synodos re-
 censuimus. §. 6.

§. 17.

Hæreti- Accedimus ad jura Principum circa hæreticos, ubi primo
 cis anfi- quæritur, **AN HÆRETICIS FIDES SIT SERVANDA?** Agno-
 des ser- vit hoc & affirmavit ex ipsis Jesuitis
 vanda? **HERIBALDUS ROSWEIDUS** in dissertatione de fide hæreti-
 cис servanda, quæ una cum D. **PLANCHII** Elencho prodiit,
 Antverpiæ 1610. 8. recusa Moguntiæ 1707. Contra Plan-
 cium prodiit

ROBERTUS SWERTIUS de fide hæreticis servanda, Antver-
 piæ 1611. 8. Ejusdem argumenti sunt

JACOBUS SCHULTES, Advocatus Lipsiensis, an Rex vel
 Princeps Christianus & Catholicus datam hæretico fidem
 servare teneatur? Lipsiæ 1599. 8. & Francofurti 1652. 8.
 & una cum ipsis Tractatu de præludiis justitiæ & juris
 1660.

ELIAS EHINGERI Quæstiones politicæ: an fides hæreticis ser-
 vanda? 4.

THEODORUS GRASWINCKEL de fide hæreticis servanda.
 1660.

§. 18.

§. 18.

Porro queritur, AN OCCIDENDI & PERSEQUENDI Hæreti-
SINT HÆRETICI? Pontificiorum hoc esse dogma, patet velci &c. an
ex perfe-
ANSELMO DANDINO de suspectis de hæresi, Romæ 1703. quendi?
fol. & ex

HIEROTHEI BORANOWSKY (personati, ut puto, cuius-
dam Jesuitæ) Gerechtfertigten Gevissens-Zwang, oder Er-
wueiss, daß man die Kaiser zum wahren Glauben zuwingen
köinne und sollte, an den Großmächtigsten LEOPOLD Röm.
Kaiser, zu Neys in Schlesien gedruckt 1673. quem ex insti-
tuto refutat

SAMUEL POMARIUS, S. S. Theol. D. & P. extraord. Vite-
bergenis in seinem bewiesenen ungerechtesten Gevissens-
Zwange, Wittenberg 1674. 12.

JOANNES CALVINUS quoque non modo Michaëlem Serve-
tum tanquam hæreticum comburi curavit, sed scripsisse
quoque fertur libellum, quo ostenditur, hæreticos jure
gladii coercendos esse. Quare

ANONYMUS peculiari scripto eum refutavit, anno 1662. 8.
Occasione ejusdem hujus supplicii a Serveto Anti-Tri-
nitario sumti, utpote qui 1553. Genevæ combustus,
prodit

MINI CELSI SENENSIS (i. e. LELII SOCINI, seu, ut alii
malunt, SEBASTIANI CASTELLIONIS) disputatio, qua
hæreticos capitali supplicio non afficiendos demonstratur,
Christlingæ 1577. & 1584. 8. & una cum THEODORII IV. 4.
BEZAE & ANDREÆ DUDITII Epistolis duabus con-
trariis 1684. 8.

D. Z. dedit Henoticum Christianorum, seu disputationis
Mini Celsi de hæreticis coercendis, lemmata, Amstelo-
dami 1662. 8. Mitiores sunt

THEODORUS VOLCHARD COORNHERT, in defensione
processus de non occidendis hæreticis, contra 3. capita
libri 4. Polit. Justi Lipsiæ, quæ prodit Hanoviæ ad Mo-
num 1593. 8.

Eiusdem Coornhert Epitome processus de occidendis hæreticis, & vi conscientiis inferenda, contra Lipsium ea asseverantem, Goudæ 1626. 8.

JOACHIMUS CLUTENIUS de hæreticis, an sint persequendi & quomodo cum iis agendum? Argentorati 1610. 8.

JANUS ROTGERUS, in decisione quæstionis de obedientia in negotio religionis passiva, 1619.

JOANNES DAVID WUNDERER, in Consultatione, an Religioni armis propugnanda? 1620. & Germanice Francfurti 1619. 4.

JOANNES TARNOVIUS, de quæstione Theologico-Polemica, an exercitium religionis contra superiorem illud vi impedientem, armis defendi jure possit? 4.

Eiusdem Oratio de quæstione, an in Republica Christiana a Magistratu politico salva conscientia plures quam una tolerari queant religiones?

CHRISTIANUS THOMASIUS, in Problemate Juridico, an hæresis sit crimen? Halæ 1697. 4.

Eiusdem dissertatio de Jure Principis circa hæreticos, Halæ 1697. 4.

HENRICUS COCCEJUS, de jure circa hæreticos, Francfurti ad Viadrum 1699. 4.

JUSTUS HENNING BOEHMER, de jure sacro & profano circa infideles, Halæ 1717. 4.

AUGUSTUS GOTTFRIED KROMAYER, an jure Magistratus diversitatem religionum tolerare possit? Jenæ 1719. 4.

Addantur qui in genere de hæreticis scripserunt

GUNDISSALVUS DE VILLADIEGO, de hæreticis contra hæreticam pravitatem, in Tractatu Tractatum, Venetiis 1584. fol. & in **FRANCISCI MODII** Sylloge Auctorum, qui scripserunt de praxi rerum Criminalium, 2. Tomis, Francofurti 1587. fol. Tomo quidem secundo.

JOANNES NICOLAUS ARELATANUS, Delphinæ, de hæreticis, apud eundem Modium Tomo 2. & in Tract: Tract.

LUDOVICUS CARRERIUS, de hæreticis, Francofurti 1606. & apud Modium & in Tr. Tract.

PAULUS GHIRLANDUS, seu **GRILLANDUS** de hæreticis & eorum poenis, apud Modium & in Tr. Tract.

ADAMI

IL. IV. 17.

IL. IX. 4.

ADANI PISETZKY a KRANICHELD, Praga-Bohemii,
JCTi, dissertatio, qua firmissimis & ex fontibus Juris Di-
vini, Canonici, Publici & Civilis haustis rationibus
ostenditur & demonstratur, religionem vi, carcere,
tormentis, flagris, ferro, fune, flumine, flamma, aliis-
que violentis mediis propagari non posse, prodiit Fran-
cfurti 1672. 12.

JOANNES CHRISTOPHORUS HELZER, de violenta reli-
gionis propagatione, ipso Jure Naturae prohibita, Lipsiae
1675. 4.

NATHANAEL FALCK, de stabilito Imperio per coactio-
nem conscientiarum in negotio religionis, Vitebergæ
1686. 4.

CHRISTIANUS ROEHRENSEE, de suppliciis hæreticorum,
Vitebergæ 1696. 4.

FISCHBECK, licitumne Principi, armis decertare pro reli-
gione? Vitebergæ 1701. 4.

BAIERUS, JOH. GUIL. de propagatione fidei per vim armorum.

CHRISTOPHORUS CONRADUS GORITIUS, de subditis
ad religionem non cogendis, Rostochii 1701. 4.

**REMONSTRATION an alle boso Obrigkeit in puncto des Ge-
wissen-Zwanges**. 1700.

GOTTLIEB WERNSDORFF, Theologus Vitebergensis, de
potestate Principis circa Symbola civium, in religione
ab ipso dissentientium, Vitebergæ 1711. 4.

SIGISMUND FERDINAND PRAUN, de beneficio emigran-
di ob religionem, Altorfhi 1714. 4.

JOANNES GEORGIUS ABICHT, de damno **ATHEISMI**
in Republica, Lipsiae differuisse fertur. De eadem ma-
teria laudat Gribnerus in principiis Jur. Nat. p. 50.
PRITIUM, qui an forsan respondendo Abichtii differ-
tationem sustinuerit, ignoro.

**De cauta JUDEORUM tolerantia, differuit JUSTUS HEN-
NING BOEHMER.**

**De JESUITIS non recipiendis, & caute tolerandis, JOANNES
FRIDERICUS SCHOMERUS**, binis dissertationibus,
Vitebergæ 1723. 4.

An

An ALCHYMISTÆ sint in Republica tolerandi? dissertatione exposuit JOANNES FRANCISCUS BUDDUS, Halæ 1702. 4. & Ibidem 1711. 8. cum aliis Buddei dissertationibus.

§. 19.

Jus Re-formandi in genere, tum speciatim Statuum Imperii Germanici, note-di & Se-tur, quod culari-fandi.

CHRISTIANUS RITTMAYERUS, JCtus & Consiliarius Palatinus, jussu Electoris scripsit: de Jure Statuum Imperii reformandi ea, quæ 1624. obtinuerunt, refutatus propterea ab Anonymo, cui reponebantur Rittmeyerianæ Vindiciæ juris reformandi, Hildesiaæ & Confluentiaæ editæ. Sed & has sub examen revocarunt GIENSES in examine Vindiciarum Rittmeyerianarum, 1710. fol.

HENRICUS ERNESTUS KESTNER, Professor Rintelensis, de Jure Principis circa sacra & jure reformandi in sacrис.

Jus CIRCA SACRA reformandi & Episcopale Statuum Imperii & Nobilitatis immediatae, Wezlariae 1718. fol. non tam generalia, ut præ se fert Titulus, quam specialem quandam controversiam, in eaque acta, sistit.

De Jure Imperialium Civitatum in immutanda religione, scripsit CHRISTOPHORUS BE SOLDUS, Tubingæ 1619.

De SECULARISATIONE dissertationes peculiares scripsunt, ERICUS MAURITIUS & JOANNES FRIDERICUS RHETIUS. CHRISTIANUS THOMASIUS in dissertatione de natura benorum secularisatorum, allodialia ea fieri asseruit, Halæ 1707. 4. quod tamen negarunt TUBINGENSES in causa Waldeck contra Ost-Friesland.

POS.

POS. VIII.

Injurii autem in summas potestates De Jure
sunt, qui supremam in toto Orbe Chri- Pontifi-
stiano Jurisdictionem Ecclesiasticam Pon- cis in
tifici Romano tribuunt, eoque respectu pes.
ipsos quoque Reges & Principes ipsi sub-
iectos cupiunt.

§. I.

Eo usque impudentiae procedunt nonnulla Curiæ Ro- Propu-
manæ mancipia, ut sumimum quoque in orbè Imperium Pon- gnatores
tifici suo tribuere haud vereantur. Scriptores huc facientes illius
magno numero collegit JOANNES THOMAS ROCABERTI Pontifi-
Archiepiscopus Valentinus, & Hispaniarum Inquisitor Ge- cii Juris.
neralis in Bibliotheca maxima Pohtifica, Romæ 1695. 1697.
1698. 1699. XXI. Tomis.

Seculo iam XIII. hanc præpugnarunt sententiam HEN-
RICUS DE SEGUSIA, postea Cardinalis Hostiensis, &
THOMAS AQUINAS, cuius, de summi Pontificis autoritate,
quæstionum collectionem dedit JOANNES DE TURRE-
CREMATA, Hispanus, Ordinis S. Dominici, postea
Cardinalis, Venetiis 1562. Hos fecuti sunt
JOSEPHUS STEPHANUS de coactiva potestate Pontificis,
Romæ 1580. 4.

NICOLAUS SANDERUS, seu SAUNDER, de visibili Mo-
narchia Ecclesiæ libris 8. Antwerpia 1580. & Wirce-
burgi 1592. fol. ubi in primis in Elisabetham, Angliae
Reginam, est injurius: Prodierunt contra eum

GEORGII ACKWORTH prolegomenon libri 2. de
visibili Romana Anarchia contra Nicolai Sanderi
Monarchiam, Londini 1573. 4.

BARTHOLOMEI CLERCKE, fidelis servi, subdito in-
fidieli responso, cum examine errorum Nicolai
Sande-

Sanderi in libro de visibili Ecclesiæ Monarchia, Londini 1573.

A N O N Y M I Responso ad Sanderi calumnias in libro de Ecclesiæ Monarchia, Londini 1573.

A N O N Y M I Anti-Sanderus, 2 dialogis Venetiis habitis, in quibus Sanderi & aliorum calumniaz in Elizabetham Reginam refelluntur, Cantabrigiae 1593. 4.

Post Sanderum idem defendunt dogma

A U X E L A N D E R C A R E R I U S, Jctus Patavinus, in libris duobus de potestate Papæ, Patavii 1599. & Coloniae Agrippinæ 1601. 8.

T H O M A S B o z i u s, Eugubinus, de Jure Divino & Naturali Ecclesiastice libertatis & potestatis, Coloniae Agrippinæ 1600. 8.

F R A M B R A H A M U S B Z O V I U S, Polonus, de rebus gestis, officio, autoritate, virtutibus &c. summorum Pontificum, Coloniae Agrippinæ 1619. Omnia autem acer-
rime

A N T O N I U S S A N C T A R E L L U S Jesuita, in Tractatu de hæ-
resi, schismate, & potestate summi Pontificis, in his delictis puniendis, Romæ 1625. edito, ubi Papæ directivam & correctivam in Principes potestatem ita tribuit, ut eos deponere quoque ac morti addicere possit. Ægre
id tulit Galliarum Rex, quare 1626. a Sorbona & Cu-
ria Parisiensi damnari, per servum autem publicum exuri librum curavit, & Jesuitæ Parisienses, in iisque
C O T T O N U S & D I O N Y S I U S P E T A V I U S, intra tridui
spatium publico Instrumento dissensum suum a Sanctarelli libro, utut ab eorum Generali Romæ approbato,
profiteri jubebantur. Inseruit hoc Instrumentum R.
B O U T E R A I S Gallicinio, in aliquot falsas damnatasque
Sanctarelli assertiones, quod pro Patribus Jesuitis edidit Parisiis 1626. Censura autem Facultatis Theologiæ Parisiensis in librum Antonii Sanctarelli de hæresi &c. prodiit Parisiis 1626. 8.

II. IV. 20.

§. 2.

Mitius cum summis potestatibus agere volunt ii, qui in Bellar-
Reges & Regna indirectam saltem, & ex Ecclesiæ necessitate minus.
metiendam potestatem Pontifici adscribunt. Si tamen
dicendum, quod res est, auferunt hi una, quod altera dare
videbantur manu. Eminet in iis Cardinalis ROBERTUS
BELLARMINUS Politianus, Marcelli II. Pontificis Maximi
forore genitus, de quo monuisse sufficiat, quod adolescens
Societati Jesu nomen dederit, deinde Lovanii Theologiam
docuerit, 1599. a Clemente VIII. Papa Cardinalis, ac tandem
Archiepiscopus Capuanus creatus fuerit, eaque digni-
tate, cum parum abesset, quin ipso potiretur Pontificatu,
sponte deposita, decesserit Romæ 1621. ætatis 79. Plura qui
nosse cupit, adeat P. JACOBUS FULIGATI Vitam Cardina-
lis Bellarmini, Gallice scriptam, Parisiis 1625. 8. latine ver-
sam auctamque per SYLVESTRUM PETRA SANCTAM,
Leodii 1626. 4. & Antverpiæ 1631. 8. & TARQ. GALLU-
TII, Sabini, Orationem in funere Cardinalis Bellarmini,
Coloniæ Agrippinæ 1622. 8. item Excerpta ex libris AN-
DREÆ EUDÆMON-JOHANNIS de pia obitu Roberti Bel-
larmini, Dilingæ 1621. nec non MARCELLI GERVINI Ima-
ginem Virtutum Roberti Bellarmini Cardinalis, Ingolstadii
1625. 8.

Opera Bellarmini conjunctim prodierunt 7 Tomis, In-Bellar-
golstadii 1601. & Coloniæ Agrippinæ 1617. fol. Huc in mini-
scripta primis pertinent ejus de summo Pontifice libri.
Item de potestate Papæ in rebus temporalibus, contra Gui-
lielnum Barclajum.
Item de exemptione Clericorum liber unus.
Item controversia fidei Christianæ de summo Pontifice.
Item Epistola ad D. Georgium Blackvellum, Archy-Presby-
terum Angliae: ex quibus omnibus satis appetet, quan-
tum in eo labore Bellarminus, ut in Reges & Regna
summi

summam potestatem Pontifici afferat. Eam tamen ob rem multi admodum strenue se ipsi opposuerunt.

§. 4.

Bellarmini Ad-SIBRANDUS LUBERTUS, Theologus Franecqueranus, cūversarii. **VII. 3.** Veniunt in hunc censum jus libri X. de Papa Romano contra Bellarminum prodierunt, Franecqueræ 1594. 8.

MATTHEUS SUTCLIFFIUS, qui de Pontificis injusta dominatione in Ecclesia libros 5. contra Bellarminum scripsit, Londini 1599.

DANIEL CHAMIER, Delphinas, de Oecumenico Pontifice libris 6. Genevæ 1601. 8.

PHILIPPUS MARNIX, cuius examen rationum, quibus Bellarminus Pontificatum Romanum adstruere nititur, prodiit 1602. 8.

Guilielmus WHITAKERUS Anglus, Theologæ in Academia Cantabrigiensi Professor Regius & Collegii S. Joannis Præfector, cuius prælectiones in Controversiam, de Romano Pontifice, in 8. quæstiones distributam, adversus Bellarminum, edidit JOANNES ALLEN-SON, Collegii S. Joannis Socius. Recusæ etiam sunt Hanovæ 1608. 8.

Le TOCSIN contre le livre du Cardinal Bellarmin de la puissance temporelle du Pape, a Paris 1610. 8. & Anglice Londini 1611. 4.

ANDREAS DU VAL, Docteur Sorbonicus, qui de Romani Pontificis in Ecclesiam potestate librum Bellarmino opposuit, Parisiis 1614.

ROBERTUS ABBOT, Episcopus Sarisburiensis, de suprema potestate Regia contra Bellarminum & Suarez, Londini 1619.

DANIEL TILENUS notas & animadversiones subjecit Bellarmini controversiæ fidei tertiae, quæ est de summo Pontifice. 1619.

Tandem etiam BEDÆUS, BARCLAJUS & JACOBUS Anglie Rex. De Bedæo infra §. 14. de Barclajo autem ac Jacobo Rege paulo penitus nunc dispiciemus.

§. 5.

§. 5.

GUILIELMUS BARCLAJUS, licet Pontificius esset, Barclajus tamen de potestate Papæ, an & quatenus in Reges & Prin-
cipes seculares jus & imperium habeat, librum Bellarmino que Aſſe-
oppositum conſcribere, ipſique Pontifici Clementi IIX. di- clæ.
care decreverat, sed, morte interveniente, poſthumum hoc
ejus opus imperfectum quidem, nec ultra caput XLI. pro-
ductum, editum est 1609. 8. & Francofurti 1613. & 1621.
& una cum libris ejus, de Regno & Regali potestate, ſupra II. IV. 14.
memoratis, Hanoviæ 1617. 8. & Ratiſbonæ 1709. 4. Extat
quoque in Monarchia Goldasti infra laudanda. Anglice pro-
diit Londini 1611. 4. Huic Bellarminus aliud quoddam op-
poſuit scriptum de potestate Papæ in rebus temporalibus
contra Guilielmum Barclajum, Coloniæ 1610. 8. impressum,
a quo tamen Barclajum vindicarunt

1. **Filius ipsius, JOANNES BARCLAJUS**, (pariter Pon-II. IV. 14.)
tificius, Jacobi tamen Anglorum Regis ad Imperato-
riam aliasque Regias Aulas Legatus, celebris ille Au-
tor Argentidis, Iconis Animorum, & Euphorionis
Satyrici, præmatura morte Romæ 1621. ætatis 40. ex-
tinctus) cujus extat pietas, ſeu publicæ, pro Regibus
ac Principibus, & privatæ, pro Guilielmo Barclajo
parente, Vindiciæ contra Bellarminum, Parifiis 1612.
& Francofurti 1613. Ad quam respondit **ANDREAS**
EUDÆMON-JOANNES Jesuita, in Epiftola monitoria
ad Joannem Barclajum de libro ab eo, pro patre
ſuo, contra Bellarminum ſcripto, Coloniæ Agrippinæ
1613. 8.
2. **JOANNES BUCKERIDGE** Episcopus Roffensis, in libris
duobus de potestate Papæ in rebus temporalibus, ſive
in Regibus deponendis, Londini 1614. 4. Cujus libri
Autor falſo dicitur **FISCHERUS** a Feuſkingio de
Achitophelismo Machiavelli §. 8. not. 58. Joannes
enim Fischerus, Roffensis Episcopus, tempore Henri-
ci VII. Angliae Regis vixit, pro eoque contra
Lutherum ſcripsit, tandem autem una cum Thomo
Moroz

Moro, diu antequam liber hic scriberetur, ultimo suppicio affectus fuit.

3. Barclajum contra Bellarminum vindicavit Synodus Parisiensis, Praeside Perronio Cardinali habita, & ipsa quoque Curia Parisiensis. Ultraque enim Bellarmini de potestate Pontificis librum damnavit, quæ tamen Sententia né executioni mandaretur, Pontificis Nuntius intercessit. Prodiit autem Remonstrance & Conclusion des gens du Roy, & Arrest de la Cour du Parlement sur le livre de Bellarmin contra Barclajum de potestate Papæ, Pâris 1610. 4. & Latine, Decretum Parlamenti Parisiensis contra librum Bellarmini de potestate Papæ, Hanovix 1611. 4.

§. 6.

Jacobus Rex Belarmini Adversarius. **JACOBUM I. Angliae Regem, sive dignitatem spectes, sive tempus, quo scripsit, inter primos merito Bellarmini Refutatores nominare debuissemus. Ultimo autem loco vel ideo eum ponimus, quod propositum ipsi nunquam fuerit, ex instituto refutare Bellarminum, sed inopinato prorsus in hanc implicitus controversiam, occasione scilicet juramenti fidelitatis, quod post detectam Conspirationem pulverariam a subditis exigebat, quo declararent publice, se verum ac legitimum Regem præter Jacobum habere nullum, nullamque Pontificis in Regibus deponendis agnoscere potestatem. Hoc juramentum quo minus præstarent Angli, admonebat eos Pontifex per duo Brevia; Bellarminus autem per epistolam quandam ab hoc juramento dehortabatur Georgium Blackvellum, Archi-Presbyterum Angliae, qui, quod jurare recusaret, in carcere detinebatur. Extat hæc Bellarmini epistola ad Blackvellum in Operibus, & Gallice 1609. 8. Atque hinc ansam arripuit Jacobus Rex scribendi libellum, cui titulus : Triplici nodo triplex cuineus, sive Apologia pro juramento fidelitatis, adversus duo Brevia Pontificis Pauli V. & Epistolam Cardinalis Bellarmini ad G. Blackvellum, Archi-Presbyterum, Anglice & Latine, Londini 1608. 8. & recusa 1610. 12. & in Operibus Jacobi Regis, conjunctim à JACOBO MONTACUTO-Wintoni-**

toniensi Episcopo editis, Anglice, Londini 1616. & Latine ibidem 1619. fol. Obiter hic nota, Struvium in Bibliotheca Philosophica p. 419. Apologiam hanç perperam putare diversam a Tractatu Triplici nodo triplex cuneus.

Opposuit huic scripto **M A T T H E U S T O R T U S**, Cardinali Bellarmino a facellis, (sub quo tamen ipse Cardinalis latet,) responsonem ad librum Jacobi Regis M. Britanniæ de jureamento fidelitatis cui titulus, Triplici nodo triplex cuneus Romæ 1609. 4. & Coloniæ 1610. Plura hujus generis scripta Jacobo Regi opposita vide §. 10.

Respondet Jacobus Rex in præfatione monitoria, Sacratissimo Cæsari, ceterisq; Christiani Orbis Monarchis ac Regibus inscripta, ac præmissâ iteratæ Apologiæ suæ editioni, Londini 1609. 8. & 1610. 12. & Gallice versa, item Anglice Londini 1609. 4. Sub titulo: King James's Answer and confutation of one who passed his censure on King James's Apology for the Oath of Allegiance.

Reposuit iterum Bellarminus Apologiam pro responso sua sub Torti nomine edita.

Cui satisfecit Jacobus Rex, in responso ad Apologiæ Bellarmini, Londini 1610. 4.

§. 7.

Hæc cum Regem inter & Cardinalem intercedit contro-**Jacobi R. versia**, alii quoque eidem se imminent, ac primo quidem **Defenso LANCELOTUS ANDREWS**, Episcopus primo Cicestrensis, res. dein Eliensis; tandem Wintoniensis, Regis Sacellarius, qui edidit Torturam Torti, seu responsonem ad Torti librum, editum contra Apologiam Jacobi Regis Angliæ pro juramento fidélitatis, Londini 1609. 4. & responsonem ad Apologiam Bellarmini, quam edidit contra præfationem Jacobi Regis Angliæ, Londini 1610. 4. Huic tamen se opposuerunt tres Jesuitæ, Gretserus, Eudæmon - Joannes & Beccanus: ac quidem

1. **JACOBUS GRETSE RUS** dedit Tonsuram Gordonianam, seu Anti-Tortorem Bellarminianum bene tonsum, & Jacobo Regi remissum, Ingolstadii 1611. 4. plura de eo vide §. 10. 11.

2. **ANDREAS EUDÆMON - JOANNES** scripsit Parallelum Torti, & Tortoris ejus Lancelloti Cicestrensis, seu responsionem ad Torturam Torti pro Roberto Bellarmino, Coloniæ Agrippinæ 1611. Sed eum refutant **ROBERTUS BURHILL**, de potestate Regia & usurpatione Papali pro Tortura Torti contra Parallelum Andreæ Eudæmonis, Londini 1613. 8. & **D. COLLINS** in increpatione Andreæ Eudæmon-Joannis de infami parallelo & renovata assertione Torturæ Torti pro Episcopo Eliensi, Cantabrigiæ 1612. 4. Ejusdem quoque Collins extat Ephata to F. T. or a defense of the Bishop of Ely concerning his Answer to Cardinal Bellarmin's Apology against the calumnies of a scandalous Pamphlet, Cambridge 1617. 4.

Conf. §.

12.

3. **MARTINUS BECANUS** non tantum scripsit refutationem Apologiæ, & monitoriæ præfationis Jacobi Regis, Moguntiæ 1610. 8. (contra quam prodidit **GUIDELMI TOOKER** Duellum cum Becano, contra ejus refutationem Apologiæ Jacobi Regis. 1611. & Moguntiæ 1612. 8.) sed in specie etiam contra Lancellotum nostrum Becanus edidit Refutationem Torturæ Torti, Moguntiæ 1610. 8. item examen concordiæ Anglicanæ de primatu Ecclesiæ Regio, Moguntiæ 1613. 8. nec non Controversiam Anglicanam de Potestate Regis & Pontificis contra Lancellotum Andream, Moguntiæ 1612. 8. quem tamen librum ipse Pontifex condemnavit, cum parum abesset, quin publice Parisiis exureretur. Summa Actorum facultatis Parisiensis contra hunc Becani librum, subiecta reperitur **Anonymi Supplicationi** ad Imperatorem, Principes &c. de generali Concilio convocando contra Paulum V. Londini 1613. 4.

§. 8.

Widrington immiscuit ROGERUS WIDDINGTON, cuius extat **Apologia** se Post Lancellotum Andream Regiæ huic controversiæ sedrington immiscuit ROGERUS WIDDINGTON, cuius extat **Apologia**

logia Cardinalis Bellarminii, pro jure Principum contra suas ipsius rationes, pro autoritate Papali, Principes Seculares deponendi, Londoni 1611. 8. Cosmopoli 1612. 8. Francofurti 1621. & 1631. Huic se opposuerunt THOMAS FITZHERBERT, Sacerdos, in a Reply concerning the Oath of Allegiance, & ipse Bellarminus, cuius, sub ADOLPHI SCHULKENII nomine, extat Apologia pro Bellarmino de potestate Pontificis Romani temporali adversus Widdringthonium, Londini 1613. 8. Sed utriusque satisfecit Widdringthon in his Confutation of the Reply of Thom. Fitzherbert; and of the objections of Schulkenius against Widdringthon's Apology for the Right of Princes 1616. 4. cui jungatur Widdringthon's last rejoyn-
der to Fitzherberts Reply concerning the Oath of Allegiance, and the Popes power to depose Princes, 1619.

§. 9.

Tertius, qui Jacobi Regis in hac controversia partes in Paræus suscepit, fuit DAVID PARÆUS, Theologus Heidelbergensis, cujus quæstiones controversas Theologicas de jure Regum & Principum, contra Papam Romanum pro Jacobo Rege adversus Bellarminum Becanum aliosque, edi curavit JOACHIMUS VRSINUS, Ambergæ 1612. 8.

II. IV. 1.

Nota.

Edidit idem JOACHIMUS VRSINUS, Anti-Jesuits, Speculum, Pontificum Romanorum erga Imperatores Germanicos perfidiam, insolentiam ac tyrannidem representans, sectæ jesuiticæ oppositum, Ambergæ 1609. 8. Est autem Speculum hoc nihil aliud quam Hypomnema SIMONIS SCHÄRDII de fide, amicitia & observantia Pontificum Romanorum erga Imperatores, antea jam editum in fine Epistolarum PÆTRI de VINEIS, Cancellarii quondam Friderici II. Imperatoris, Basileæ 1566. 8. quod sub alio titulo auctius edidit VRSINUS, Vide ipsius præfationem.

Hinc forsan differt ejusdem Parei Commentarius ad Bellarmini librum de temporali potestate Papæ, qui Heidelb. 1612. 8. prodiisse fertur. Idem cum Pareo egisse videtur PETRUS MOLINÆUS in Vindicatione libri Jacobi Regis Britannie II. IV. 25.

A a

contra

contra Bellarminum & Cuffetellum, quæ Latine & Gallioe prodiit 1612. 8. & in libro de Monarchia temporalis Papæ pro juribus Regum contra Papam, Londini 1614. 8.

§. 10.

Pontificis & Bel- Pro Pontifice autem & Bellarmini sententia præter B
ellarmini CANUM, de quo §. 7. aliosque jam memoratos, in hac contro-
Defenso- versia laborarunt.

res. MARCUS ANTONIUS CAPELLUS in libro contraprimumatum
conf. §. 17. Ecclesiasticum Regis Angliae Jacobi, Bononiae 1610. 4.
Coloniae 1611. 8.

JACOBUS GRETSEERUS in δωρεώ βασιλίκων, seu Commentario
exegetico ad Jacobi Regis præfationem monitoriam
& Apologiam pro juramento fidelitatis, Ingolstadii
1610. 4.

LEONHARDUS COQUETUS Aurelius, Eremita Augustinianus, in examine præfationis monitoriae Jacobi Regis,
praemissae Apologiae suae pro juramento fidelitatis, Fri-
burgi Brisgoviae 1610. fol.

FRANCISCUS SVAREZ in responsione ad Jacobi Regis Apo-
logiam pro juramento fidelitatis, Conimbriciae 1613. &
Moguntiae 1619. ubi subiecta reperitur defensioni ip-
sius fidei Catholicae, adversus Anglicanae sectae erro-
res, qui liber Parisiis publice damnatus ac combu-
stus. Conf. II. IV. 10. II. IV. 17. II. IX. 1.

THEODORUS LELIUS, Feltensis Episcopus, in Replica
pro Papa & sede Romana, Francofurti 1614. & 1621.

§. 11.

Princi- Nobis haec de Bellarmino aliisque Sedis Romanæ
pum Juris propugnatoribus dicta sufficiant. Conferimus nos ad jurium
vindices, Majesticorum contra Sacerdotium Vindices, quorum jam
contra varios, data occasione, in medium produximus, paúca ta-
Pontifi- men de ceteris addere liceat. Extitere illi acerrimi quoque
ces. inter ipsos Pontificios, iisque ipsis temporibus & seculis,
quo maxima Pontificum grassabatur tyrannis. Plerosque
ex

ex iis conjunctim edidit MELCHIOR GOLDASTUS, Haiminsfeldius, in Monarchia Imperii Romani, seu Tractatu de Jurisdictione & potestate Imperatoris & Papae, 3. Tomis, quorum primus prodiit Hanoviae 1612. fol. secundus Francofurti 1614. fol. tertius 1613. fol. omnes autem conjunctim Francofurti 1621. fol. Quae in hac collectione continentur scripta, fuse recenset Struvius in Bibliotheca Juridica pag. 735. sqq. Refutare quidem Goldastum, pro Majestate Imperiali scribentem, ausus est JACOBUS GRETSEURS Jesuita, in Apologia pro Gregorio VII. quae extat in fine Tomi secundi defensionis Bellarmini, Ingolstadii 1609. At reposuit Goldastus Sacri Imperii Principum Apologiam pro Imperatore Henrico IV. 1611. Sed & hanc vellicavit Gretserus in gemina defensione adversus Goldastum, quæ saepius excusa quoque reperitur sub finem Veterum monumentorum contra Schismaticos, editorum a JOANNE TENGNAGEL. Ingolstadii 1612. Quare Goldastus scripsit Replicationem pro Sacra Cæsarea & Regia Francorum Majestate, Illustrissime Imperii Ordinibus, adversus Jacob Gretseri ex Societate Loyolitarum crima, lese Majestatis, rebellionis & falsi, quæ una cum ejus modo laudata Apologia pro Henrico IV. extat, Hanoviæ 1611. 4.

§. 12.

Ex ipsis ITALIS inter Jurium Majesticorum contra Pontificem Vindices, in primis memorabiles sunt
 DANTES ALIGHERIUS, Florentinus, cuius de Monarchia res Juris libros 3. habemus, Basileæ 1559. 8. Argentorati 1609. & principium.
 FRANCISCUS PETRARCA, itidem Florentinus, cuius Epistolæ de juribus Romani Imperii contra Papam, prodierunt Francofurti 1614. & 1621. & in Operibus, quæ quartuor Tomis extant Basileæ 1554. & 1581. fol.
 MARSILIUS PATAVINUS, dictus Menandrinus, cuius defensor pacis, seu de potestate Papæ & Imperatoris, prodijt 1522. & Francofurti ad Moenum 1612. & 1614. & 1623. 8. Anglice versus per GUILIELMUM MAR-
 A a 2 SCHALL,

SCHALL, Londini 1535. præfationem pro Ludovico IV. contra usurpationes Ecclesiasticorum præfixit BEATUS RHEANUS, Francofurti 1621.

MARCUS ANTONIUS de DOMINIS, Archiepiscopus Spalatensis, qui deserto Episcopatu ab Ecclesia Romana defecit, & per Germaniam Belgiumque in Angliam se recipiens, libros X. de Republica Christiana scripsit tribus partibus, quarum prima continet libros 4. priores, & prodiit Heidelbergæ 1618. fol. secunda continens librum quintum & sextum, Londini 1620. fol. tertia, sive liber septimus, octavus, nonus & decimus, Hanoviæ 1622. fol. Conjunctim quoque prodiisse dicuntur Parisiis 1623. 8. Hos tamen libros refutarunt

MARTINUS BECANUS de Republica Ecclesiastica contra M. Antonium de Dominis, Moguntiæ 1618. 8.

JOANNES ANDREAS EUDÆMON in admonitione ad lectores librorum M. Antonii de Dominis, Coloniæ Agrippinæ 1619. 8. Conf. II. IV. 19. 21. II. VIII. 2. f. 7.

ZACHARIAS BOVERIUS, Salutiensis, in censura parænetica in M. Antonii de Dominis 4. libros de Republica Ecclesiastica, Mediolani 1621. fol.

FIDELIS ANNOSUS VEREMONTANUS (i. e. JOANNES FLOYDUS) in censura in libros M. Antonii de Dominis de Republica Ecclesiastica, Antverpiæ 1620. 8. & Coloniæ Aprippinæ 1622.

NICOLAUS COEFFE ET AL libris 4. pro Monarchia Ecclesiæ Romanæ contra Rempublicam M. Antonii de Dominis, Parisiis 1623. Extat etiam

FACULTATIS THEOLOGICÆ PARISIENSIS Censura in 4. priores libros Marci Antonii de Dominis de Republica Ecclesiastica, Colon. 8.

Imo ipse MARCUS ANTONIUS de DOMINIS a Pontificiis Emissariis sibi persuaderi passus est, ut revocatus Romam veniret. Consilium ejus, quo reditus sui ex Anglia causam exponit, prodiit Parisiis 1623. 8. Sed

Sed cum suam sententiam non pari, qua ante eam scriperat, felicitate refutaret, in arcem S. Angeli detrusus, non sine veneni suspicione obiit 1625. Cadaver autem exustum, spar sis in Tyberim cineribus.

§. 13.

| CRUSIUS (Jacobus Andreas) de dominio præminentе ex- | |
| tat statim num. I. in Opusculis ejus conjunctim editis | |
| Mindæ 1668. 4. | |
| ERHARD (Joannes Nicolaus) de eminentе Majestatis domi- | |
| nio, Argentorati 1661. 4. | |
| LUBECK (Melchior) de jure dominii eminentis, Regio- | |
| monti 1703. 4. | |
| RICHTER (Christophorus Philippus) de supremo domina- | II. X. 10. |
| tionis jure, Jenæ 1664. 4. | II. XI. 6. |
| ROETENBECK (Georgii Pauli) dominii eminentis distinctus & 13. | |
| conceptus, Altorffii 1707. 4. | |
| de SCHIFFART (Christophorus) de dominio eminentе, | |
| Grøeningæ 1713. 4. | |
| SCHMIDEL (Joannes) de dominio eminentе, Erfurti | |
| 1670. 4. | III. II. 7. |
| SCHNEIDER (Joannes Fridemann) de dominio eminentе, | |
| habito respectu ad jus subditorum, Halæ. | |
| STÖSSER de dominio eminentе, 1670. | |

§. 4.

Quid in specie Imperantibus circa alienationem & op-
pignorationem vel ipsorum subditorum, vel saltem bonorum circa
ad subditos spectantium liceat, explanant

D d 3

Alienat.

JOAN-

& oppi- JOANNES BERNARDUS FRIESEN de Jure Principis cir-
gnora- ca bona subditorum, Jenæ 1711. 4. Conf. III. I. 10.
tionem JOANNES GEORGIVS SIMON quomodo jure gentium
Subdito- bona subditorum pro debito Imperantium obligentur?
rum &c. Jenæ 4.

CHRISTIANUS WILDVOGEL an & quatenus bonum pu-
blicum Princeps bonis privatorum präferre debeat?
Jenæ 1695. 4.
II. XI. 9. BARTHOLOMÆUS de las CASAS, utrum Reges, cives ac
subditos a corona alienare possint? cura WOLFGAN-
GI GRIESSTETTER recusus Jenæ 1678.

JOANNES FRIDERICUS KREBS de jure alienandi Impe-
ria. 4.

GOTHOFREDUS DE STOCKHAUSEN de Jure Statuum Im-
perii circa alienationem territorii competente, Erfur-
ti 1714. 4. Jungatur

JOANNES STRAUCHIUS de Oppignorationibus rerum Im-
perii Germanici, Jenæ 1671. 4. Giessæ 1677. 4. recusus
cura LAURENTII ANDREÆ HAMBERGERI, cum ad-
ditionibus THOMASII, GUNDLINGII & HARPRECH-
TI, Jenæ 1715. 4. Seorsim prodit

NICOLAUS HIERONYMUS GUNDLING de jure oppigno-
rati territorii, Halæ 1706. 4.

STEPHANUS CHRISTOPHORUS HARPRECHT de relui-
tione oppignorationum Imperialium, Tubingæ 1713. 4.

NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI dissertatio de
potestate Imperatoris alienandi bona Imperii, Jenæ
1695. 4.

§. 5.

De Jure Referunt quoque nonnulli ad dominium eminens Jus
Regio. REGIUM, cuius mentio injicitur I. Sam. VIII. quem locum
I. Sam. alii de Jure Regum in genere, alii de solius Judæorum Re-
VIII. gis, alii de moribus ipsius tyrannicis, rectius autem alii de
mediis ad statum Regni constituendum necessariis, ex-
plificant.

Gis-

GISBERTI VOËTII disquisitionem textualem I. Sam. VIII.
de Jure Regio Hebræorum recensuimus supra
Conf. I. VII. 5. II. IV. 4. II. VII. 12. II. XI. 5.

CHRISTOPHORUS BEZOLDIUS de Jure Regio Samuelis, II. II. 1.
prodiit Tubingæ 1620. 4. & inter dissertationes ejus de
Majestate.

MICHAEL WENDELERUS dissertationem habuit de Regis
Iudaorum iuribus, Vitebergæ 1656. 4.

WILHELMI SCHICKARDI Jus Regium Ebræorum, prodiit
Argentorati 1625. 4. & cum notis & animadversioni-
bus

JOANNIS BENEDICTI CARPOVII, Lipsiae 1676. 4. I. VI. 8.

Liber Baro **WILHELMUS a SCHROETERN**, disquisitio-
nem *vom absoluten Fürsten-Rechte* ad I. Sam. VIII. subjun-
xit *seiner Fürstl. Scharz- und Rentkammer* p. 553. editionis
Lipsiensis 1686. 8. recusa quoque prostat 1722. 8. at ma-
le hinc jura omnium Regum in subditos suos, Majesta-
tisque immediatam à Deo constitutionem deducit, adeo-
que tyrannidi viam aperit.

ERNESTI SAMUELIS CYPRIANI dissertatio de Jure Re-
gio ad Grotii L. I. c. 4. §. 3. prodiit Helmstadii 1699. 4.
Et qui primo loco nominandus fuisset

EBERHARDUS a WEIHE, Cancellarius Henrici Julii, III. II. 7.
Brunsvicensium Ducis, sub nomine ficto **WAHREMUN-**
DI ab **EHRENBURG** edidit Verisimilia de Regni subli-
diis ac oneribus subditorum, I. Sam. VIII. traditis, per
PHILIPPUM MELANCHTHONEM proposita, repetita &
defensa discursim contra **BARTOLUM**, **BODINUM**,
ROSSAEUM, **BRUTUM**, **ZEPPERUM** & alios, Franco-
furti 1602. & 1606. 8. in quo libro se quoque Autorem
dicit Arcanorum Rerumpublicarum, quæ sub fratribus,
ARNOLDI CLAPMARI, Professoris quondam juris &
historiarum Altorfini, nomine, edidit **JOANNES CLAP-**
MARIUS, Medicus, Bremæ 1605. 4.

MARTINUS SCHOOCKIUS, Consiliarius & Historiogra-
phus Brandenburgicus, in Tractatu de quadruplici lege
Regia, Francofurti ad Viadrum 1668. 12. edito, sectio-
ne 2. de lege Regia populi Israëlitici egit.

Nota.

Nota.

Plura de Eberhardo a Weihe vide in Becmanni Meditationibus politicis c. 1. §. 5. & Arndii Bibliotheca Aulico - Politica p. 42.
Edidit autem a Weihe sub eodem.

III. II. 7.

EHREMBERGII nomine Meditamenta pro foederibus, Hanoviae 1601. 8. Francofurti 1609. 8. Offenbaci 1610. 8. Prodierunt quoque illa, apposito vero Autoris nomine sub Titulo Penitentia foederum, Francofurti ad Oderam 1614. 8.

Sub nomine **MIRABILIS DE BONA CASA** fictam Juditham, seu falsam ex ea surtam doctrinam, licere hostem quemcunque omni in loco sub praetextu amicitiae interficere, contra Rossium, Marianam & alios Monachomachos, Verona 1614.

II. V. 3.

Sub nomine **DURI DE PASCOLO** Aulicum Politicum, qui reperitur quoque in **LAZARI ZETZNERI**, Bibliopolie Argentinensis, Speculo aulicarum ac politicarum Observatorium, 1609. 12. edito num. 5. Postea auctior prodit Aulicus Politicus, vero Autoris nomine apposito 1615. 4.

Sub vero **EBERHARDI a WEIHE** nomine lucem aspicerunt Problema Regium, utrius Regni conditio melior sit, illius, cui Rex nascatur, an ejus, cui eligatur? Francofurti 1615. 8. Tractatus de vanitate gloriae humanae, Francofurti 1610.

§. 6.

De Jure

Tributo-
rum ac
Vectiga-
lium.
II. VI. 2.

Hactenus de dominio eminenti stricte sic dicto, seu extraordinario. Veniamus ad ORDINARIUM, quod Imperantibus in res Reipublicæ communes competit. Fluere ex eo diximus jura Tributorum, fisci, domaniorum &c. Quare primo loco videamus de JURE TRIBUTORUM AC VECTIGALIUM. Ex antiquioribus, qui de iis scripserunt notentur

AEGIDI THOMATI Tractatus de Collectis, Lugduni 1558. 8.
JOANNES BERTACHINUS, Firmanus seu de Firmo, de Gabellis, Tributis, & Vectigalibus in Tr. Tr. Venetiis 1584. fol.

BENEDICTUS BONIUS, de Collectis & Censibus, Coloniæ 1588. 8. & in Tractatu Tractatum.

PETRUS DE VBALDIS, de Collectis & muneribus, Coloniæ 1586. 8. & in Tractatu Tractatum.

HEN-

HENRICUS BOCKERUS de collectis & muneribus, Tubingæ
1610. 8.

JOACHIMUS CLUTENIUS de Vectigalibus, Argentorati
1618. 8. Conf. II. VII. 8. 18. III. IV. 3.

JOANNES WILHELMUS NEUMEYER von Schatzungen und
Steuern, Schleusungen 1632. 4.

CHRISTOPH. PHILIPPUS RICHTER, JCtus Jenensis, Tra-
ctatu de Collectis 1648.

Omnis tamen facile superat **CASPAR KLOCKIUS**, Conf. 5. 3.
JCtus, Comes Palatinus Cæsareus, Consiliarius Brunsvicensis,
& Cancellarius Mindensis, cuius Tractatus Nomico-Po-
liticus de Contributionibus, in Romano Imperio & aliis
Regnis usitatis, prodiit Bremæ 1634. fol. & Francofurti 1655.
& 1676. fol. Accedit fasciculus, seu decas Consultationum
insigniorum ad materiam Contributionum pertinentium per
THOMAM MERCKELBACH, Assessorem Cameræ Imperia-
lis. Ceterum hic noster Klockius confundendus non est
cum **HENRICO KLOCKEN**, cuius itidem extat dissertatio
de Jure Vectigalium, Basileæ 1608. & 1617. 4. & Giessæ
1621. 4.

§. 7.

Ad scripta minora & dissertationes Academicas de hac De Jure
materia conscriptas pertinent circa

GEORGIUS CHRISTOPHORUS a GÖLLNIZ de Regali Tributa,
Vectigalium jure, Tubingæ 1652. 4.

JOANNES STRAUCHIUS de Regali Vectigalium jure, lia &c.
Jenæ 1669. 4. dissertat.

HERMANUS CONRINGIUS de Contributionibus, Helm-
stadii 1669. 4.

JOANNES WOLFGANGUS RENTSCH de Tributo, Vi-
tebergæ 4.

GEORGIUS ENGELBRECHT de Contributionibus.

GOTTFRIED STRAUSS de Contributionibus, & quæ ex
his appellantur Kammerhülfen, dissertatio, habita Vite-
bergæ, & recusa Jenæ 1714. 4.

E e

JOAN-

JOANNES SCHMIDIUS de Jure Majestatis circa onera publica, Lipsia 1680. 4.

JOANNES EBERHARDUS ROESLER de Tributis, Tubingæ 1707. 4.

BERNHARDUS HENRICUS REINHOLDUS de Contributionibus, Francofurti 1720. 4.

FRIDERICUS ABRAHAMUS DE HOPFGARTEN de Jure Vectigalium in S. R. J: Lipsia 1723. 4.

CHRISTIANUS WINZLER de Collectis, seu Contributione Imperii & Provinciarum, Francofurti 1612. 8.

EGIDIUS THOMAS de Collectis,

BARTHOLOMÆUS LEONHARDUS SCHWENDENDORFFER de Collectis, recusus Lipsia 1717. 4.

CHRISTIANUS WILDVOGEL de Jure Collectarum, Jenæ 1694. 4.

FRIDERICUS GERDESIUS de Collectis, & Contributionibus Imperii & Provinciarum, Gryphiswaldia 1681. 4.

HENRICUS HAHN de Collectis bellicis, Helmstadii 1647. 4.

SAMUEL STRYCK de jure subcollectandi, Halæ 1702. 4.

II. VII. 10. **FRIDERICUS PHILIPPI** de præscriptione immunitatis a tributis, recus. Lipsia 1721. 4.

II. XI. 13. **FERDINANDUS CHRISTIANUS HARPRECHT** de præscriptione immunitatis a Collectis, Altorffii 1709. 4.

De Auro CORONARIO von der Creu-Sieuer, differuit **JOANNES SAMUEL STRYCKIUS**.

In specie de **ACCISA** conferantur

CHRISTIANI TEUTOPHILI entdeckte Gold - Grube in der Accise, Leipzig 1701. 4. & Magdeburg 1719. 4.

Die geprüfte Gold - Grube der Universal-Accise, Dresden 1687. 4.

JOANNIS FRIDERICI RHETII dissertatio de Accisa.

De DECIMIS videantur

JOANNES PRIDEAUX de Decimis.

PETRUS REBUFFUS de decimis, Lugduni 1564. fol. Coloniæ 1590. 8. Francofurti 1670. fol.

ANTO-

ANTONIUS DADINUS ALTESERRA de censibus, decimis & Oblationibus, durabus dissertationibus, quæ habentur in Dissertationibus ejus Juris Canonici, Toflœ 1651. 4.

JACOB BLUMENS *Unterricht vom Zehend - Recht,*
Leipzig 1696. 4.

C. B. Traité touchant l'Origine des dixmes, & l'obligation de les payer, Paris 1687.

JOANNES CALOVIVS de jure decimarum, extat in Fritschii Jure Ecclesiastico.

CONRADUS FERDINANDUS HAAS de jure decimatum, Erfordiæ 1720. 4.

JUSTUS HENNING BOEHMER de præscriptione circa decimas Ecclesiasticas & Seculares, Halæ 1720. 4.

Jus DETRACTIONIS & emigrationis quodammodo etiam ad materiam tributorum referri potest, prodiit de eo

SWANNEMANNI Tractatus 1707. & 1710. 4. cum additionibus **CHRISTOPHORI LAURENTII BILDERBECKII.** Addatur

JACOBUS ANDREAS CRUSIUS de jure detractionis & emigrationis, in Opusculis ejus Mindæ 1668. 4. editis p. 195. n. 3.

Tributis Subditorum merito quoque accensentur **OPERA** ipsorum publicæ, de quibus agunt

JOANNES FRANCISCUS BALTHASAR de Operis Subditorum.

JOANNES EUCHARIJUS ERHARDUS de Operis Rusticorum.

GEORGIUS ADAMUS STRUVIUS de Operis & Servitiis Rusticorum, Jenæ 1656. 4.

CHRISTOPHORUS HENRICUS DE BERGER, JCtus Vitebergensis, de Jure Ordinum Imperii territoriali circa operas subditorum, Vitebergæ 1724. 4.

§. 8.

JURA FISCI persequuntur

de **AFFLICTIS** (Matthæi) enumerationes privilegiorum **FISCI &** Basileæ 1550. fol. Conf. II. II. 5. **De Jure**
FISCI, **Ærarii.**

E e 2

BER-

BERGERUS (Joannes Henricus) de jure fisci ad L. 10. ff. de
jure fisci , Lipsiae 1705. 4. Conf. II. I. 6. not. IV. II. 1. 2.

Conf. §. 12. CURTIUS (Franciscus) de jure fisci , Francofurti 1610. 8.
GARATUS (Martinus) Laudensis, de jure fisci , extat To-

mo 12 Tractatus Tractatum.

LAUTERBACH de jure fisci.

LUCANUS (Franciscus) de privilegiis fisci , Tomo XII.
Tractatus Tractatum.

OLIBANIUS (Antonius) de jure fisci , Barcinone 1600. 4.

PEREGRINUS (Marcus Antonius) de juribus & privilegiis
fisci , Mompelgardiae 1619. 8. Coloniae 1684. & 1693. 4.

TURAMINUS (Alexander) de jure fisci , Venetiis 1623. fol.
Specialiores de jure fisci materias tractant

RESPONSA FISCALIA selectiora pro defensione patri-
monii , quæ edidit **FABIUS GALEOTTA** , Genevæ
1686. fol.

DAVID JONATHAN SCHARFF de his , quæ juribus ac
privilegiis fisci perperam accensentur , ex editione
iterata Giessæ 1711. 4.

JOANNES ERNESTUS SPIELMANNUS de successione fisci,
Argentorati , & recusus Lipsiae 1714. 4.

CHRISTIANUS THOMASIUS de Regalibus fisci Principum
Germaniae , circa acquisitionem præcipue , Halæ 1713. 4.

SEBASTIANUS GUAZZINUS de confiscatione bonorum ,
privilegiis & præscriptionibus fisci , Venetiis 1611. 4.
Francofurti 1614. 4. Lugduni 1676. fol.

NICOLAUS CHRISTOPHORUS LYNCKERUS de bonis
eruptiis.

Hodie ex nullo crimine , nisi læse Majestatis , perduellio-
nis aut hæresecos , bona publicari , sed heredibus merito relin-
qui , peculiari opera ostendit **JOANNES WILHELMUS EN-**
GELBRECHT , in casuum aliquot juris selectiorum resolu-
tionibus ; Helmstadii 1715. 4. num. 2.

De ÆRARIO agunt

MAXIMILIANI FAUSTI ab ASCHAFFENBURG Consilia
pro ærario , Francofurti 1641. fol.

CHARL

CHRISTOPHORUS BE SOLDUS de ærario publico, Tubingæ 1615. 1619. & 1621. 4. & in Opere politico, Argentorati 1641. 4.

JACOBUS BORNITIUS de ærario, Francofurti 1612. 4.

CASPAR KLOCK de ærario, cum annotationibus **CHRISTOPHORI PELLERI**, Noribergæ 1671. fol.

de BODINO supra vidimus II.I.8.

PETRI MULLERI dissertatio de Camera Principis, *von der Fürstlichen Kammer*, recusa Jenæ 1715. 4. Conf. II. V.4. II. VI. 5. II. VII. 11. III. III. 9. III. IV. 7. 11. 12. 13. 21. IV. I. 7. 9. IV. II. 1. 8.

§. 9.

Accedo ad **BONA DOMANIALIA**, eorumque jura. De Jure Optimos, qui eo spectant Scriptores in unum Volumen seu Domani-corpus redegit **CHRISTOPHORUS FRIESE** in jure suo do-orum. maniali, ex celeberrimorum JCtorum scriptis repræsentato. Francofurti 1701. fol. 6. partibus. Habentur ibi **CHOPPINUS**, **BRUCKNERUS**, **CASAS**, **CELLARIUS**, **RINGLE-RUS** de Domaniis, **GEORGII ADAMI STRUVII** Jus alienandi illustre, **NICOLAUS CHRISTOPHORUS LYNCKE-RUS** de potestate Imperatoris alienandi bona Imperii. Separatim vero prostant

RENATUS CHOPPINUS de domaniis Franciæ, Parisiis 1588. II. IX. 6. fol. 1674. 4.

GEORG. HEINRICUS BRUCKNERUS, Consiliarius Gothanus, de domaniis Regni Germanici, Erfurti 1687. 12.

CHRISTOPHORUS JULIUS CELLARIUS de domaniis Principum, Francofurti 1686. 8.

JOANNES PHILIPPUS RINGLERUS, Advocatus Vinariensis, de domaniis Germaniæ, libris 3, Francofurti IV. II. 10. 1698. 4.

ROSNERUS de Domaniis.

SEYDEL de Domaniis.

JACOBI MENOCHII Jus Domaniale, Francofurti 1701. fol.

GABRIEL SCHWEDERUS de Domanio Imperii Germanici, IV. I. 8. 10. Tübingæ 1703. 4. 12.

ANDREAS OCKEL de præscriptione immemoriali præsertim rerum domanialium & *Regalium* Principum, Halæ 1707. 4. Conf. II. II. 5.

§. 10.

De Ve-
natio-
num
Jure.

De VENATIONUM jure videri poterunt Noꝝ Meurers Jagd- und Wasser-Recke, quod una cum multis aliis hujus argumenti scriptis extat in AHASVERI FRITSCHII Corpore Juris Venatorio-Forstalis Romano-Germanici, quod prodiit Rudolstadtii 1675. fol. & cum præfatione SAMUELIS STRYCKII, Lipsiæ 1702. fol.

SEBASTIANUS MEDICES de Venatione, prodiit Coloniæ 1588. 8. & in Fritschii Corpore.

FRANCISCUS ZOANNETTUS de duplici Venatione, tum generali tum speciali Germanica, extat in Noꝝ Meureri compilatione.

CONRADUS HERESBACH de Venatione, aucupio & pescatione, Coloniæ 1570. 8.

HIERONYMUS ANDREAS RATH de Venatione, Spiræ 1602. 4.

GEORGIUS MÖHR de Venatione, Spiræ 1605. 4. & apud Fritschium.

FRIDERICUS PRUCKMANNUS de Venatione, Spiræ 1605. 4. ALPHONSUS ISAACUS REGIUS de Venatione, pescatione & aucupio, 1625. 8.

ERASMI UNGEPAUERI dissertatio de Venatione, Jenæ 1638. 4.

DANIEL KRAYSER de Venatione, Neoburgi ad Istrum 1651. 8. & apud Fritschium.

JOANNES ERNESTUS HERING de jure Sylvæ & Venationis, Vitebergæ 1665. 4.

JACOBI OTTONIS freye Pürsch-Beschreibung, Augustæ Vindelicorum 1680. 4.

STEPHANUS CHRISTIANUS HARPRECHT in Sciographia liberæ Venationis Germanicæ.

JOAN-

JOANNES HENRICUS FELTZ in Excerptis controversiarum
illustrum de jure venandi, Argentorati 1708. 4.

MULLERI dissertatio von Gnaden-Fagden.

Ejusdem dissertatio de persecutione luporum.

WEBHARD CHRISTIAN BASTINELLER, JCtus Viteber-
gensis, in dissertatione von Klapper-Fagden, Vitebergæ
1724. 4.

JOACHIMI NERGERI dissertatio de Venatione Principum,
Vitebergæ 1672. 4.

EX Gallis huc refero FRANCISCUM DE LAUNOY du droit
de Chasse, Paris 1685. 12.

§. II.

Ad METALLIFODINARUM ac MINERARUM jura De Jure
faciunt Metalli-
SCHAUSSII dissertatio de jure Principis circa fodinas me-fodina-
tallicas, Vitebergæ 1668. 4. rum.

JOANNIS EISENHARD Tractatus de Regali metallifodinal-
rum jure, Helmstadii 1681.

CHRISTOPHORUS NICOLAUS LYNCKERUS de jure mi-
nerarum, Jenæ 1695. 4.

SAMUEL STRYCK de jure Principis subterraneo, Franco-
furti 1685. 4.

GOTTLIEB GERHARDUS TITIUS de jure metallico, Lipsiæ
1695. 4.

CASPAR HENRICUS HORNIUS de Regali metallifodinal-
rum jure, Vitebergæ 1703. 4.

STRUVII dissertatio de auro fluviatili, Jenæ 1689. 4.

GEORG LÖHNIESSEN Bericht vom Bergverreck, 1672. fol.

JOANNES DEUCERUS Corpus Juris Metallici, edidit Lipsiæ
1624. fol.

Recentius est Corpus Juris, & Systema rerum Metallicarum
Francofurti ad Moenum 1698. editum.

Mineris jungo SALINAS, de quibus agunt

AHASVERUS FRITSCHIUS de Regali Salinarum jure, Jenæ
1670. 4.

ENGELBRECHT in dissertatione de jure Salinarum.

§. 12.

S. 12.

De Jure

Moneta-
rum.
II. VIII. 11.
IV. II. 6.7.

De jure circa MONETA's insignes sunt

MELCHIOR GOLDASTUS ab Haiminsfeld, cuius Catholicon
rei monetariae, seu Leges Monarchiae generales de rebus
numariis & pecuniariis, prodierunt Francofurti 1620. 4.
& ibidem 1662. 4. accessit Chronologia Autorum, qui
de re monetaria scripserunt.

RENERUS BUDELIUS, Ruremundanus, Monetarum Praefectus Coloniensis, cuius de monetis & re numaria libri duo, primus artem cudendæ monetæ, secundus quæstionum monetiarum decisiones continens, prodiere Coloniæ 1574. & 1591. Accedunt variorum tum Veterum, tum Neotericorum u. c. BRUNI, PIRCKHEIMERI, GARATI, CURTII MOLINAEI, COVARRUVIA, MAMERANI, MALESTROICTII, BODINI, &c. de Monetis scripta.

LEONHARDI WILIBALD HOFFMANNS Alter und
Neuer Münz-Schlüssel, Nürnberg 1692. 4.

HENRICUS Boekus de jure monetarum.

BARTHOLDUS BALZER de Numismatibus, Argentorati
1679. 4.

HENNING RENNEMANNI Controversiae Monetariae.

JACOBI BORNITII de numis in Republica percutiendis, &
conservandis libri 2. Hanoviae 1603. 4.

AHASVERI FRITSCHII Tractatus de statu rei monetariae.

ANTONII HANFMANNII, Oldenburgensis, de re monetaria, ejusque summis Regalibus resolutiones, extant in CONRADI BIERMANNI Jure publico Tom. 3. num. ult. p. 754.
Francofurti 1618. 4.

MICHAELIS WENDELERI dissertatio de jure Majestatis circa Monetas, Vitebergæ 4.

CHRISTIANI GODFRID SPRINGSGUTH dissertatio de
Principis circa monetam cura, Vitebergæ 1702. 4.
In specie de mutatione, augmentatione, & diminutione monetarum agunt

CA.

CAROLUS MOLINÆUS de mutatione monetarum, Coloniæ 1574. 8. & apud Budelium.

CASPAR ANTONIUS THESAURUS de augmento & variatione monetarum, Francofurti 1610. 4.

NICOLAUS ORESMIUS de mutatione monetarum, Helmstädti 1616. 4.

CHRISTIAN GILBERTS Theologische Frage, ob Christliche Evangelische Obrigkeit um ihres eigenen Nutzens willen die Münz von Zeit zu Zeiten mit guten Gevissen schlechter und geringer können machen lassen? Magdeburg 1621. 4.

ANDREAS DINNER de moneta mutatione quoad solutionem, Noribergæ 1622. 4.

VLRICUS VOLRATH de mutatione monetarum, Erfurti 1626. 4.

BENJAMIN LEUBERI Quæstiones de reduktione monetali, Jenæ 1623. Noribergæ, 1629. 4.

JOANNIS WOLFGANG AUR dissertatio de jure monetarum, Basileæ 1617. 4. postea in forma Tractatus recusa.

JOANNES GUILIELMUS PFENNIGK de rei numariae mutatione & augmento, Lipsiæ 1692. 8.

Junge quos citat CHRISTIANUS GYPHIUS de Historicis Seculi XVII. p. 110. editionis Lipsiensis 1710. 8.

§. 13.

De VIARUM PUBLICARUM & POSTARUM jure inge- De Jure
nere egerunt Viarum

JOANNES SCHILTERUS in dissertatione, sub CHRISTO-publica-
PHORI PHILIPPI RICHTERI præsidio habita, de cursu & Posta-
publico, Angariis & Parangariis, Jenæ 1671. 4. & in Frit- rum.
schii Volum. nov. Exerc. III.

GEORGIUS ADAMUS STRUVIUS de juribus viæ Regalis,
Jenæ 1662. 4. quibus addi possunt

Ff

JACO.

JACOBUS ERNESTUS THOMANUS in dissertatione de Tabelariis, *von Bothen*, Heidelbergæ 1682. 4.

GERHARDUS FELTMANN de Vehiculis sibi obviam euntibus.

FRIDERICI PHILIPPI dissertatio de Rhedis meritoriis, *von Land-Kurischen*, recusa Lipsiæ 1720. 4.

Magis vero ad Principum jura, speciatimque ad Germaniam sua accommodarunt.

CHRISTIANUS LEONHARDI, Secretarius intimus, & Postarum administrator Dresdensis, cuius Miscellanea & Collectanea Juris publici de Regali postarum jure prodierunt, Lipsiæ 1710. fol.

GERHARDUS MARYBUSCH in dissertatione de Regali postarum jure, Argentorati 1667. 4.

SEBASTIANUS FESCHIUS de cursu publico ejusque jure, Basileæ 1684. 4.

SAMUEL COCCEJUS de Regali postarum jure, Francofurti ad Viadrum 1703. 4.

CHRISTIANUS WILDOVÖGEL de jure Principis eminentie circapostas, Jenæ 1705. 4.

JOANNES PETRUS LUDEWIG de jure postarum hereditario, Halæ 1704. 4.

ADAMI CORTREJI Observata de Regali postarum jure, extant in Corpore ejus Juris publici, a filio ERNESTO LUDOVICO CORTREJO edito, Lipsiæ 1710. fol. Tom. 4.

§. 14.

Ab Hörnigk, de Postarum Jure, & eius Adversarii. Præ ceteris tamen notentur scripta eristica, quæ prodierunt occasione dissertationis inauguralis, quam LUDOVICUS ab HÖRNIGK, Juris quondam ac Medicinæ Doctor, & Consiliarius Cæsareus, de Regali postarum jure, Marpurgi 1639. 4. habuit, & suppeditatis postmodum subsidii quibusdam a Principe de Taxis, auctiorem in forma Tractatus edidit Viennæ 1649. 8. Francofurti 1663. 8.

Cum

Cum enim nimium Imperatori tribuere, & Civilia Jura cum Publico confundere videretur, refutavit eum, Statuumque Imperii jura vindicavit ANDREAS OCKELIUS, Consul & Scabinus Halenlis, qui sub dicto EMERANI ACKOLDI nomine edidit: *Gründlichen Unterricht von dem aus Lands-Fürstlicher Hobeit herpringenden Post-Regal der Chur- und Fürsten des H. R. R.* III. XI. 9. 15.
kürtzlich fürgesetzet, und des Herrn von Hörnigk irrigen Meinung entgegen gesetze, Halle 1685. 4. Contra eum Cæsareas partes defendit *CÆSAREUS TURRIANUS*, sub quo ZIMMERMANNUM, tunc temporis Cancellarium Hildesensem, postea Consiliarium Aulicum Cæsareum, latere putat LUDEWIG in dissertatione §. præced. citata, eumque secutus BILDERBECK in Bibliotheca Juris publici, præmissa priori suæ editioni des Teutschischen Reichs Staats, qui tamen in posteriori editione de 1715. se ipsum pariter ac Dominum LUDEwig refellit, ac sub Turriani nomine Dominum SCHOPPE, JCtum Hildesensem, latere, propterea que a Principe Taxis præmio donatum asserit. Inscrimitur autem Turriani scriptum: *Glori vürdigster Adler, das ist, gründliche Vorstellung, und Unterscheidung der Kaiserlichen Reservaten und Hoheniten, von der Reichs Stände Landes Fürstlicher Obrigkeit, absonderlich aber von dem Ibro Kaiserl. Maj. reservirten Post-Regal im ganzen Römischen Reich, dem hinzugesetzte Hörnigk vindicatus, & de male prætenso a Principibus quibusdam, prius defenso a Lic. Emerano ab Ackold, provincialium postarum jure, triumphans 1694. 4.* Huic opposuit ANDREAS OCKEL discursum de Regali Postarum jure Electorum Principumque Imperi, quo inanibus oppositionibus Domini Cæsarei Turriani respondetur, Halæ 1698. 4.

III. II. 6.

Nota.

De HÖRNIGK TO obiter adhuc nota, quod a Struvio in Biblioth. Jur. p. 850. Autor dicatur scripti cuiusdam 1650. in favorem Principis de Taxis editi, contra Noribergensium deductionem, qua non nisi Civem Noricum in urbe sua Postarum magistrium constitui posse, contendebant.

§. 15.

De Jure Residen- RESIDENTIAS ac PALATIA ad Principum dominium
Residen- eminens quodammodo referre non dubitavimus, quare hoc
tiarum & loco de iis adducimus

Palatio- GEORGII ADAMI STRUVII dissertationem de juribus pala-
rum. tii Principalis, von großer Herren Residenz-Häusern, Jenæ
1689. 4.

JOANNIS SAMUELIS STRYCKII de sanctitate Residentiarum.
Halæ 1697. 4. Conf. II. VII. 15. II. XI. 7. III. IV. 11.
IV. I. 12.

ANDREAS OCKELIUS de Palatio Regio, Halæ 1700. 4. ju-
dicatorum antiquorum in Palatiis haberi solitorum ratio-
nen habet. Addatur.

HIERONYMUS GIGAS de Résidentia Episcoporum in Tra-
ctatu Tractatum. Conf. II. VI. 5. II. VII. 11.

§. 16.

**De Jure Archi-
vorum.** ARCHIVA cum publica contineant & asservent docu-
menta, rebus Reipublicæ communibus recte annumerari,
adeoque eminenti Imperantium dominio subiacere, nemo fa-
cile negabit. Unde & hic sibi locum vindicant de Archivo-
rum jure Scriptores. Laudanda in primis est opera JACOBI

II. V. 2. WENCKERI, Archivarii Argentoratensis, quam duplice
nobis navavit collectione, prior inscribitur Apparatus, &
Instructus Archivorum ex usu nostri temporis, Argentorati
1713. & inter alia icta continet JACOBI BERNHARDI
I. VI. 4. MULZII ordinationem Archivi. Altera Wenckeri Collectio-
nem Jura Archivi & Cancellariae collecta, Argentorati 1715. 4.
Habentur ibi inter alios

BALTHASAR BONIFACIUS de Archivis, qui seorsim prodiit,
Venetiis 1623.

AHASVERUS FRITSCHIUS de jure Archivi & Cancellariae,
Jenæ 1664. 4.

JOAN-

JOANNES CHRISTOPHORUS WAGENSEIL de Imperii
Archivo, Altiorffii 1673. 4. Conf. I. III. 17. III. II. 7.
III. IV. 18. III. V. 8.

NICOLAUS CHRISTOPHORUS LYNCKER de Archivo Imperii, 1684. 4.

JACOBUS BERNHARDUS MULTZ de jure Cancellariæ & Archivis.

De Cancellariis videbimus infra.

IV. I. 6.

Ceterum quoque de jure Archivorum extat dissertatio **GEOR-**
GII ENGELBRECHTI, Helmstadii 1688. 4.

S. 17.

De DIPLOMATUM jure dissertationem habuit **JOAN-** De Jure
NES EISENHARD, JCtus Helmstadiensis, 1703. 4. Reliqui Diplo-
de Diplomatibus Scriptores artem Criticam magis respiciunt, matum
& fere sunt sequentes :

& Sigil-
lorum.

DANIEL PAPEBROCHIUS, Jesuita, in Propilæo Antiquario circa veri falsique discrimen in vetustis monumen-
tis, præsertim Diplomatibus, observandum, quod inser-
tum reperitur Actis Sanctorum mens. April. Tom. 2. an-
no 1675. Antverpiæ editis.

JOANNES MABILLONIUS, Monachus Benedictinus Con-
gregationis S. Mauri, quæ Parisiis est, libris VI. de re
diplomatica, Parisiis 1681. & 1709. fol.

BARTHOLOMÆUS GERMONIUS, Jesuita Parisinus, in di-
sceptatione de Veterum Regum Francorum Diplomati-
bus, & arte secernendi antiqua Diplomata vera a falsis,
Parisiis 1703. 12. ubi Mabillonum refutare conatur. At
contra Germonium prodiere

JUSTI FONTANINI, Forojuliensis, in Romano Archi-
Gymnasio publici Eloquentiæ Professoris, Vindiciae
antiquorum Diplomatuum, adversus Bartholomæi Ger-
monii disceptationem de Veteribus Regum Francorum
Diplomatibus, & arte secernendi antiqua Diplomata vera
a falsis lib. 2. Romæ 1705. 4.

DOMINICI LAZZARINI ex Nobilibus de MURRO defensio, in D. Bartholomæum Germonium edita, studio CAJETANI LOMBARDI, Philosophi, & Medici Neapolitani, Venetiis 1708. 8.

SCIPIONIS MARANTÆ, Messanensis, expostulatio in Germonium pro antiquis Diplomatibus & Codicibus MStis, Messanæ 1708. 8. Nec omittendus

JOANNES NICOLAUS HERTIUS, JCtus Giessensis, cuius dissertatio de fide Diplomatum Germaniæ Regum ac Imperatorum, prodiit Giessæ 1699. 4. & inserta Opusculis ejus, Francofurti 1700. 4. editis.

Diplomatum jura quoque illustrat doctrina de **SIGILLIS**. Commentatus autem est de Sigillorum jure THEODORUS HOEPINGK, Noribergæ 1642. 4. & **GEORGIVS ADAMVS STRUVIUS** peculiari dissertatione, Jenæ 1675. 4. quibus utiliter jungi poterunt

JOANNIS MICHAELIS HEINECII Syntagma de Veteribus Germanorum, aliarumque nationum Sigillis, Francofurti 1709. fol. &

CLAUDIUS SALMASIUS de hodiernorum & antiquorum Sigillorum differentia, quod scriptum, una cum Tractatu ejus de subscribendis & signandis Testamentis, prodiit Lugduni-Batavorum 1648. 8. & 1653. 12. nec non

HENRICI GUNTHERI THULEMARI, Consiliarii Cæsarei, Tractatus de Bulla aurea, argentea, plumbea, & cerea, Heidelbergæ 1682. 4. & Francofurti 1697. fol.



BIBLIO-

BIBLIOTHECAE JURIS IMPERANTIU.M.

CAPUT III.

de

Scriptoribus Juris Gentium.

POS. I.



vidimus hactenus immanentia De Scriptoribus Majestatis Jura. Sequuntur Juris transeuntia, quæ alias Gentium Gentium nomine veniunt. Pertinent eo, qui de dominiis Gentium, speciatimque Maris dominio scripserunt. Liberum illud pronunciant Grotius, Grasvvinckel, Grœningius &c. At clausum rectius asserunt Seldenus, Welvoodus, Burgus, Loccenius, Schurtzfleischius, aliquie.

§. I.

Jus Gentium est illa Juris Naturalis pars, qua liberæ Gen-Juris tes inter se utuntur, & a Publico Universali haud magis Gentium differt, ac jura Majestatis transeuntia differunt ab im-existenti manentibus, quæ ægre valde a se invicem divelli se patiuntia & Systur. Ita enim jura Majestatis transeuntia comparata sunt, stema.

ut

ut ex iis demum, eorumque natura quandoque appareat, quid juris eorum intuitu Imperantibus in subditos competit. Sicut itaque sub Juris Publici Universalis rubro de Juri-
 bus Majestatis Immanentibus egimus, ita nunc sub illo Juris Gentium transeuntia aggrediamur, ejusque Scriptores exhibeamus. De existentia hujus juris dissertationes ROTYERI & POMPEJI excitavimus supra. Systema Juris Gentium habemus nullum, præter ea, quæ generaliores Juris Naturæ Scriptores operibus suis annexuere, quorumque mentionem capite I. passim injecimus. Eminere in iis videtur labor TEXTORIS. KULPISIUM, cum viveret, limatus quoddam Juris Gentium Systema scribere voluisse, sed morte impeditum, testatur LUDEWIG de auspicio Regio.

§. 2.

De Dom-
inio
Maris.

Statim itaque pergamus ad Scriptores singularum hujus Juris particularum, atque initium faciamus ab iis, qui de Dominio, quod Gentibus in maria competit, scriperunt. Dantur enim, qui mare in dominio esse dicunt, illudque propterea clausum appellant. Alii contra illud dominii incapax, adeoque liberum omnibus statuunt. Sagaciores paucis rem ita decidunt, universum mare, vastumque Oceanum, propter inexhaustum suum usum nullius dominio, vel Imperio, subjici posse, sed liberum esse, omnibusque patere, eam contra maris partem, quæ Regnum quoddam alluit, ejusdem Regni dominio, seu, ut accuratius loquar, ejus Imperio subesse. Merito autem mireris, Eruditissimos quoque Viros, partium studiis, ac intempestivo patriæ amore adeo abripi, ut contra omnem æquitatem vel omne omnino jus mare libertati vindicent, omnique Imperio eximant, vel ex altera parte peccantes, unico Regno, (ut Anglicano fecit Albericus Gentilis,) universum Oceanum obnoxium reddit. Ordine videbimus, quinam maris dominium, sive Imperium maritimum impugnaverint, quique vindicaverint idem.

§. 3.

§. 3.

Impugnant illud, liberumque mare defendunt

Scriptores maris

I. HUGO GROTIUS. Cum enim Lusitani Belgas a navi-liberi-
gatione & commercio ad Indos arcere conarentur, Gro- l. II. 1.
tius adhuc juvenis, patriæ jura vindicaturus, sequens
edidit opusculum: Mare liberum, seu de jure, quod
Batavis competit ad Indicana commercia dissertatio,
Lugduni Batavorum 1609. & 1618. 8. Francofurti 1669.
8. Lugduni Batavorum 1633. 12. ubi accedit a) PAULI
MERULE de Maribus dissertation, quæ juris capita in-
tacta relinquens, de sola maris natura & divisione
agit. b) MARCI ZUERII BOXHORNII pro Navigatio-
nibus Hollandorum Apologia adversus PONTUM HEU-
TERUM, Delfensem, Flandrorum tantum navigationes
præ Hollandorum extollentem. c) Tractatus pacis mu-
tui commercii de 1495. inter Henricum VII. Angliae
Regem & Philippum Archi-Ducem Austriæ, Ducem
Burgundiæ.

Huic Grotianæ dissertationi præter alios, quos vide §. 5. I. VII. 1.
seq. se opposuit JOANNES SELDENUS in Mari clauso, infra. 5. 4.
sive de dominio maris libris duobus. Primo, mare ex
Jure Naturæ sive Gentium omnium hominum non esse
commune, sed dominii privati sive proprietatis capax,
pariter ac tellurem esse demonstratur. Secundo, Sere-
nißimum Magnæ Britanniæ Regem maris circumstui,
ut individuæ atque perpetuæ Imperii Britannici appen-
dicis, dominum esse, afferitur, Londini 1635. fol. &
cum Boxhornii modo laudata Apologia, Londini 1636.
8. Lugduni Batavorum 1637. 12. & 1665. 4. quo opere,
ut exiret quo detinebatur carcere, meruit Seldenus.
Licet enim nœvos suos habeat, & in primis de Germania
minus accurate statuat, in genere tamen de jure maris
recte omnino differit. Nec ipse Grotius peculiari scri-
pto eum refutare ausus est, sed duo saltē contra eum
scripsit Epigrammata. Vindicavit autem contra Selde-
num mare liberum

G g

2. JOAN-

2. JOANNES ISAACUS PONTANUS, Helsingorensis Danus, Historiographus Regius, Physices & Mathematum Professor Hardervicenus, in discussionum historicarum de mari libero, adversus Joannis Seldeni mare clausum, libris duobus, Hardervici 1637. & 1640. 8. in quibus Danis præsertim, Norwagisque jura quædam vindicat, quæ Seldenus ad Britannos traxisse visus est, insertis communibus argumenti hujus questionibus ac momentis. Conferatur Bartholinus de scriptis Danorum, ibique Möllerus in Bibliotheca Septentrionis erudit p. 73. & 271. ubi addit, hunc Pontani librum apud Belgas vendi fuisse prohibitum.
- L. III. 2.
3. THEODORUS GRASWINCKEL scripsisse fertur libros quinque Vindiciarum maris liberi contra Selenum, quibus opposuit Selenus Vindicias maris clausi.
4. CONRADUS LERCHE. Prodiit ejus mare liberum Lugduni Batavorum 1637. 4.
- L. L. 8. & 10. 5. JOANNES GROENINGIUS, cuius navigatio libera, quo, quid juris pacatis ad belligerantium commercia competit, ex artis atque immotis Juris Gentium principiis deducitur, discussis simul Hugonis Grotii, Puffendorfii, aliorumve argumentis, prodiit anonymus Rostochii 1693. 8. & deinde apposito nomine, Lubecæ 1698. 8. Dissentire a Græningio videbatur Puffendorfius in epistola quadam de hoc argumento ad eum prescripta, quam exhibit Græningius in Bibliotheca universali librorum Juridicorum, p. 105. sed respondit Græningius in epistola, quæ habetur ibidem p. 108. & in discursu apologetico, annexo iterata navigationis liberæ editioni de 1698.
6. Nonnulli, in iisque Theodorus Crusius in Collectione Actorum Sarcaisanorum p. 50. inter maris liberi, alii contra, in iisque Michael Henricus Gribnerus in Principiis Jurisprudentiae naturalis L. 2. c. 3. pos. 7. §. 1. inter dominii maritimi propugnatores referunt MARTINUM SCHOOKIUM. Ex ipsa libri inspectione apparet, Autorem, exposita necessitate Imperii maritimi, ostendere saltem, quinam olim illud obtinuerint, hodie autem
- Conf. §. 9.
M. XL. 5.

autem in mari Belgas dominari, quibus simul consilia suppeditat, quomodo Imperium illud maritimum contra quosvis, speciatim Anglos, conservare possint. Prodiit autem Imperium ejus maritimum, Amstelodami 1654. 12. & cum LOCCENII jure maritimo, Amstelodami 1669. 12. & in Operibus Schoockii conjunctim editis, Ultrajecti 1651. 12. 2. Voluminibus.

Nota.

Ex iis notamus illud de quadruplici lege Regia, quod separatum quoque extat, Francofurti 1668. 12.

I. VIII. 1o

De segmento Legis Regiae, Græningæ 1661. 12.

II. II. 1.

Fabula Hamelensis, Græningæ 1661. 12. quam scriptis contra M. II. VII. 12.

SAMUEL ERICH, Rectorem Hamelensem, qui hanc ill. IV. 23. de seductis a diabolo pueris Hamelensibus traditionem veram esse defenderat,

Fatum Reipublicæ Achæorum & Vejentium, Græningæ 1655. 4.
& Ultrajecti 1664. 12.

Belgium foederatum, Amstelodami 1665. 12.

De butyro & aversatione casei, Græningæ 1665. 12. quod inter scripta Schoockii judicat optimum. Creenius de libris scriptis opt. & utiliss.

§. 4.

Pergimus ad eos; qui mare clausum, ejusque Imperium assertum defendunt. BRITANNIS illud tribuit res maris

ALBERICUS GENTILIS, qui non solum in Advocatia sua clausi Hispanica, quæ prodiit duobus libris Hanoviæ 1613. 4. pro Bris- sed teste Græningio in Bibl. Jur. Gent. Europ. p. 213. tannis. peculiari etiam de jure maris libro, non modo maris oras, sed universum quoque Oceanum Anglicano sceptro obnoxium asseruit, recte propterea refutatus a CONRINGIO in dissertatione infra citanda. Saniora pro Anglorum iuribus affert, utut Conringio videatur ridiculus

JOANNES SELDENUS de cuius mari clauso §. præc. num. 1. de Vindiciis ejus contra Graswinckel ibid. num. 3. de Vindiciis ejus contra Burgum §. 7. dicemus. Pro Anglis etiam laborat Seldeni hyperaspistes

G g 2

GUILL.

Conf. §. 11. **GUILIELMUS VELWOODUS**, Anglus , de dominio maris juribusque, præcipue ad Dominium spectantibus, Hagæ 1623. 4. Calamum contra cum strinxit sèpius jam memoratus **THEODORUS GRASWINCKEL** in Maris liberi Vindiciis contra Velwoodum, Hagæ 1653. 4.

JOANNES BOUROUGH Eques , & Archivi in arce Londinensi custos , in Imperio Maris Britannici ex monumentis historicis, legibusque Angliæ demonstrato , Londini 1686. fol.

Britannis conjunctim una cum Belgis maris dominium III. III. 11. tribuit **CORNELIUS van BYNCKERSHOECK** dissertatione de dominio maris , Hagæ 1703. 8. edita.

§. 5.

Scripto- Sicuti hi Britannis , ita alii , dum Grotium refutant, res M.C. LUSITANIS favent.

pro Lusi-SERAPHINUM DE FREITAS de justo Imperio Lusitanorum tanis. Asiatico adversus Grotii mare liberum scripsisse Pinciæ 1625. 4. testis est Struv. Bibl. Philos. c. 8. §. 10. p. 197.

NICOLAI BERNATII Bruxellensis, Mare non liberum , seu demonstrationem juris Lusitanici ad Oceanum , & commercium Indicum , contra Bataviam H. Grotii assertiōnem , latere ineditam , Autor nobis est Martinus Lipenius in Bibl. Philos. Voce Mare.

§. 6.

Script. **VENETORUM** jura in mari Adriatico defendunt M.C. pro PAULUS SARPIUS del dominio del Mare Adriat. della Se Venetis. reniss. Republica di Venetia.

ANGELUS MATTHEACIUS de jure Venetorum & jurisdictione maris Adriatici , Venetiis 1617. 4.

Allegazion in jure di **CORNELIO FRANGIPANE** per la Vittoria Navale contro Federico I. Imperatore , & Atto del Papa Alessandro III. per il dominio della Repubblica Veneta del suo Golfo contra alcune scritture de Napolitani , Venezia 1618. 4.

JULIUS.

JULIUS PACIUS a BERIGA, cuius, inter Regem Hispaniæ^{ll. X. 10.} ob Regnum Neapolitanum, & Rempublicam Venetam, disceptatio de dominio, seu Imperio maris Adriatici, prodiit Lugduni 1619. 4. & Francofurti 1669. 8. Cum hoc confundendus non est

JOANNES PALACIUS qui scripsit Leonem maritimum, seu de dominio Maris, Venetiis 1663. 12.

FRANCISCI DE INGENUIS, Germani, Epistola de Jurisdictione Venetæ Reipublicæ in mare Adriaticum, scripta ad Liberium Vincentium Batavum, contra **JOANNEM BAPTISTAM VALENZOLAM**, Hispanum, & **LAURENTIUM MOTINUM**, Romanum, (qui hanc impugnaverunt jurisdictionem,) Genevæ 1619. 4. & Germanice versa extat in Londorpia Actis publicis Tom. 1. Lib. 2. cap. 15. Hanc tamen epistolam ex instituto refutavit, & Imperatori Maris Adriatici dominium vindicavit

JOANNES AUGUSTUS DE BERGER in succincta Commendatione de Imperio Maris Adriatici, Cæsari, qua Regi Dalmatarum ac Principi Istriae, ut & Regi Neapoleos atque Siciliæ proprio, Lipsiæ 1723. 4. ubi Dalmatiæ Regum jura in Mari Adriatico solide satis, Neapolitanorum vero non pari industria deducuntur.

F. FULGENTIUM, ex ordine Servitarum, Monachum Venetum, sub simplici nominis inversione **ITNEU ICHANOM ITNEGLOUF** dedisse Epistolam monitoriam de Mari Venetorum ad Laurentium Monitum (forte Motinum) Romanum, ex Goldasto mihi Autor est Dekherus. de scriptis adespotis p. 184.

§. 7.

Pro Genuensi Republica scripsit **PETRUS BAPTISTA** Script.

BURGUS, Genuensis, idemque, cuius extat Mars Sueco-M.C. pro Germanicus, (utut Lipenius ex eoque Struvius hos duos Genuens Autores distinguant, unumque Joannem, alterum Petrum sibus. appellant,) in duobus libris de dominio Genuensis Reipublicæ in mari Ligustico, Romæ 1641. 4. qui tamen nec Sel-

G g 3 deno,

I. VI. 1.
not. 2.

deno, nec Grotii Sectatoribus arridet. Contra eum enim lucem aspicerunt JOANNIS SELDENI Vindiciæ existimationis suæ de scriptione maris clausi contra Petrum Bapti-
stam Burgum, Londini 1653. 4. & THEODORI GRAS-
WINCKELII Maris liberi vindiciæ adversus Petrum Bapti-
stam Burgum, Ligustici maritimi dominii assertorem, Hagæ-Co-
mitum 1652. 4.

§. 8.

Script. Pro BELGIO recentissime scriptum fuit occasione So-
M.C. pro cietatis Indicæ, ab Imperatore in Belgio Austriaco institu-
Belgis. tæ, quod cum ægre ferret Belgium foederatum, nunc clau-
sum, sicut olim liberum mare præceptans, in ejus favorem
Dominus WESTERVEEN, Consiliarius Societatis Indicæ
Amstelodamensis, anonymus edidit dissertationem de jure,
quod competit Societati privilegiatae foederati Belgii in na-
vigationem & commercia Indiarum Orientalium, adversus
incolas Belgii Hispanicæ, hodie Austriaci, 1723. Refutare
eum jubebantur D. BOWENS, Professor Lovaniensis, & Do-
minus NENNY, Fiscalis Bruxellensis, qui ultimus peculiare
scriptum hac de re edidit 1724. & propterea axiomate Se-
cretarii Status, cum annua sex mille florenorum pensione,
donatus est. Hoc tamen ejus scriptum alio quodam, Gallice
exarato, iterum refutari curavit Dominus HOP, Belgii fo-
derati apud Anglos Legatus 1724. Nunc vero sub prelo sudat:
*Ausführliche Behauptung des denen Innwohnern derer Oesterreichi-
schen Niederlande zufehenden gerechtsames und Privilegii nach
Indien, auch Africa zu schiffen, und daselbst freye Handlung zu trei-
ben, oder gründliche Widerlegung der Schein-Gründe, so bislang
an Seiten der Republic Holland, und der daselbst befindlichen In-
dianischen Compagnie, solchen zuvorder aus verschiedenen Frie-
dens-Schlüssen, Verträgen und Urkunden hervorgebrachte, Leipzig
1724.*

Afferto-

res Do-

minii

Iis, qui in genere maris dominium assertuerunt, accen-

maris in sendi sunt

genere.

§. 9.

HA-

HALOINUS GOTHOFREDUS, Gallus, de Dominio sive Imperio maris, & jure naufragii colligendi, 1637. 4. & Francofurti 1669. 4,

JOANNES L OCCENIUS de jure maritimo & naval i, Hol-^{conf. §. 11.} mia 1651. 8. & 1652. 12. & una cum Schoockii Imperio maritimo, Amstelodami 1669. 12. Addatur

CLAUDII BARTHOLOMÆI MORISOTI, Galli, Orbis mari- timi, seu rerum in mari ac littoribus gestarum historia, Divione 1643. 4.

Conjunctim variorum de Imperio maris dissertationes colle-^{conf. §. 12.} git **JOACHIMUS HAGEMIER**, Hamburgensis, Franco- furti 1663. 12. ex quibus pleraque jam recensuimus. Imo jam ante hanc, alia variorum Tractatum de dominio maris collectio, prodiit 1615. 4.

§. 10.

His addimus varias hujus argumenti dissertationes Acadæ-De Do- minicas, qualis est illa a

JOANNE HENRICO BOECLERO habita de Minoë (Creten- Maris sum Rege, & secundum profanos Authores primo) Ma-^{dissertat:} ris domino, Argentorati 1656. & 1669. 4. quam BER- NEGGERO falso tribuit Lipenius;

JOANNIS STRAUCHII dissertatio de Imperio maris, habita Vitebergæ, & cum aliis ejus dissertationibus recusa, Brunswigæ 1662. 4. Conf. I. 8. II. XI. 4. 7. III. IV. II. 26.

Eiusdem dissertatio de jure commerciorum navalium.

JOANNIS SIBRANDI dissertatio vom Seegelfreischen, de domi- nio maris, Rostochii 1674. 4.

HERMANNI CONRINGII dissertatio de dominio maris, Helm- stadii 1676. 4.

Eiusdem dissertatio de maritimis Commerciis, Helmstadii 1680. 4.

HOGNOVII binæ dissertationes de Imperio in mare, Regio- monti 1686. 4.

LEICKHERT de dominio maritimo, Dresdæ 1683. & 1686. 12.

Con-

CONRADI SAMUELIS SCURZFLEISCHII dissertatio , Maris servitus, Vitebergæ 1695. 4. & in Operibus ejus Historico - Politicis, Berolini 1699. 4. pag. 1003.

Conf. I. III. 17. II. V. 8. III. IV. 8. & 26.

GEORGII PAULI ROETEN BECCI dissertatione de quæstione, an mare dominii sive Imperii sit capax ? Altorffii 1699. 4. Jungatur

JACOBI ANDREÆ CRUSII, Republicæ Mindensis Syndici, Commentarius Historico - Philologico - Juridicus, ad famosam Legem de Lege Rhodia de jactu , qui habetur in Opusculis ejus Politico - Juridico - Historicis, Mindæ 1668. 4. pag. 125.

De jure navigantium dissertationem habuit **EHREGOTT DANIEL COLBERG**, Gryphiswaldiæ 1693. 4.

De eo quod justam est circa excursiones maritimas , *vom Recht der Caperey*, Tractatum dedit **SAMUEL FRIDERICUS WILLENBERGIUS**, Gedani 1711. 4.

GOTHOFREDI NICOLAI SCHLEENSTEIN dissertatio de Compendio naufragiorum, Vitebergæ 1677. 4.

De jure PORTUUM, Joannes Fridericus RHETIUS differuit.

De jure PONTIUM, **SAMUEL STRYCKIUS**.

De jure AGGERUM, scripsit **JODOCUS HACKMANN**, Stadæ 1690. 4.

De jure RIPARUM, **JOANNES BERNHARDUS FRIESEN**, Jenæ 1715. 4.

§. II.

De Legi- Indirecte faltem huc faciunt de Legibus Nauticis Scri-
bus Nau- ptores.

ticis. In ITALIA prodidit Consolato del Mare , & Portulano del Mare , Venetiis 1512. 4. seu Consulatus Maris , exhibens Imperatorum , Græciæ , Alemanniæ , Regum Francorum , Hispaniæ , Syriae , Cypri , Balearium , Venetorum , Genuensium Constitutiones. Sic &

JULIUS FERRETUS de jure & renavali , de renavalis & bel- li aqua-

li aquatichi præceptis, extat Venetiis 1579. 4. & in Tratatu Tractatum. Conf. III. IV. 15. & 22. & 26.

Apud Hispanos lucem aspexit Consolat de Mar, dels Actes Maritims e Mercantivols e de les Ordinations e drets del general e de les Entrades e excides del Principat de Catalunia, Barcelonæ 1593. 8.

In ANGLIA de jure maritimo scripsit MOLLOY 1682. 4. & ante eum GUILIELMI VELVOODI abridgment of all Sea-Laws, prodiit Londini 1613. 4.

SUECORUM jus maritimum latine vertit JOANNES LOCENIUS, Itzhoënsis-Holsatus, J. V. D. Bibliothecarius, & Historiarum & Eloquentiæ Professor Vpsaliensis, His. conf. §. 3. 9. storiographus Regius, & Collegii Antiquitatum Præses. Edidit hoc opus una cum Loccenii libris de jure maritimo WANKIP 1674. 8.

§. 12.

Ad GERMANORUM jus nauticum spectat collectio Scri-De Legi-
ptorum quorundam hujus generis, quam adornavit bus Nau-
AHASVERUS FRITSCHIUS, sub Titulo Juris fluviatici, ticus Ger-
Jenæ 1673. 4. mano-
rum.

Nota.

Ubi præter alia reperiuntur
NOAE MEURERÆ Wasser-Recht, quod & Marpurgi 1604, fol.
extat.

FRANCISI STYPMANNI Jus maritimum & nauticum, quod in-
cœm aspicerat Gryphiswaldiæ 1652. 4. Conf. III. IV. 20. II. VII.
III.

JOANNES GRYPHIANDE R de Insulis, qui antea prodierat Fran-
cosfuri 1624. 4. Conf. III. II. 7. III. 8.

Brevem introductionem in Notitiam Legum Nauticarum
& Scriptorum Juris, reique maritimæ anonymos dedit AND-
REAS LANGIUS, Doctor Lubecensis, Lubeca 1713. 8.
Cumque hæc de maribus doctrina in Germania ad Civitates
Hanseaticas in primis applicari possit, omittendum non est

Hh Jus

Jus maritimum Hanseaticum, *der Hansee - Städte Schiff - Ordnung und See - Recht*, LIX. Articulis conscriptum in Conventu Lubecensi 1591. & editum Lubecæ 1592. 4. & ibid. 1614. 1637. 1680. & Hamburgi 1651. 1655. 1661. Bremæ 1688. Latino-
III. IV. 28. Germanice illud edidit REINHOLDUS KURICKE, Civitatis Dantiscanæ Secretarius, cum Diatriba de aſſeurationibus, Hamburgi 1667. 4.

Ceterum de Civitatibus Hanseaticis scripsit

II. I. 10. 1. JOANNES ANGELUS a WERDENHAGEN, Moralium Professor in Academia patria Helmstadiensi, quo munere exutus, Syndicus Magdeburgensis, ac tandem Consiliarius Ferdinandi II. Imperatoris, ejusque ad Lubecenses Legatus evasit, & obiit Ratzeburgi 1652. Prodierunt ejus de Rebuspublicis Hanseaticis Tom. 4. Lugduni-Batavorum 1631. 12. deinde cum Iconismis ac Tabulis Geographicis & Nauticis, Francofurti apud Merianum 1641. fol. Ubi part. 4. reperitur insertum JOANNIS DOMANNI, Osnabrugensis, Syndici primo Stralsundensis, deinde Rostochiensis, Compendium Legum & Constitutionum foederis Hanseatici.

conf. §. 9. 2. JOACHIMUS HAGEMEIER, Hamburgensis, J. V. D. pri-
mum Antonii Guntheri Oldenburgenium Comitis, deinde Leopoldi Imperatoris Consiliarius, & Collegii Co-
mitum Wetterav. Pro-Cancellarius, defunctus 1681.
Cujus de foedere Civitatum Hanseaticarum Commenta-
rius prodiit Francofurti 1662. 4. & confuso nimis Wer-
denhagenii Operi merito præfertur.

3. M. THEODORUS KIRCHMAIER, Francus, dissertationem
habuit de Civitatibus Hanseaticis, Vitebergæ 1669. &
1677. 4.

De delictis maritimis differuit SAMUEL FRIDERICUS
WILLEMBERG, Gedani 1724. 4.

Plura vide apud Joannem Mollerum, Flensburgensem,
in Introductione ad Ducatum Cimbricorum historiam p. 506.
seqq. edit. Hamburg. 1699. 8. Nos enim breviter saltem
hæc attingere voluimus, in quantum scilicet ex iis materia de
Jure Majestatis circa maria illustrari poterit.

Pos. II.

Pos. II.

Porro ad Jura Majestatis transeuntia, De Juri-
 sive Jura Gentium, referimus Jura Com- bus
 merciorum & Pactorum, tum tacitorum, Com-
 quo pertinent præscriptio & derelictio, mercio-
 rum & tum expressorum, qualia sunt fœdera, Paeto-
 rum quibus tum in genere, tum speciatim, an
 cum infidelibus iniri queant? diversi di-
 versimode differuerunt.

§. I.

De COMMERCIIIS in genere differuit ADAMUS TRIB- DeCom-
 BECHOVIUS, Kilonii 1672. 4. De usu & abusu Commercio- merciis.
 rum Tractatus ENGELBRECHTI von der BURG extat in Col- II. X. 10.
 lectione Orationum & Tractatum ipsius, Lipsiae 1710. 4.
 num. 6. Omne autem jus, quod circa commercia compe-
 tit, ex eorum deducitur necessitate, indeque fluente securi-
 tatis jure. Habemus peculiarem dissertationem ERNESTI FRI-
 DERICI SCHROETER de jure securitatis, tum inter Cives,
 tum inter Gentes, Jenae 1661. 4. Cui similis est GOTTLIEB I. V. 15;
 SAMUELIS TREUERI dissertatio de autoritate & fide Gen-
 tium & Rerum publicarum, vom Credit der Völcker und Staaten, II. VI. 3.
 Halmstadii 1723. 4. Addi poterit JOANNES GEORGIUS
 BECHTIUS de securitate, & salvo conductu, tum præcipue
 de Salva guardia, in Conradi Biermanni Jure Publico Tom.
 2. num. 12. p. 607. Francofurti 1615. 4.

Cum itaque intersit Reipublicæ, ut bene se habeant com-
 mercia, cura eorum Summo Imperanti denegari nequit.
 Trahunt hinc Originem suam Monopolia, de quibus videa-
 tur JOANNES FRIDEMANN SCHNEIDER in dissertatione,
 Princeps Monopola, Halæ 1708. 4. quam utut ad Jus Publi-
 cum

cum Universale proprie pertinentem, hic loci propter materiæ affinitatem attulimus.

§. 2.

De Com- Quæ speciatim ad MARITIMA Commercia faciunt scri-
merciis pta, superiori positione recensuimus. Quibus adde AUGUSTINI
mariti- STRAUCHII dissertationem de commerciorum navalium
mis. jure singulari, Vitebergæ 1652. 4. Hic saltem addimus sequen-
tes de JURE STAPULÆ Autores.

GEORGII GUILIELMI KUHLEWEIN dissertatio de jure sta-
pulæ, habita est Lipsiæ 1662. recusa 1702. 4.

MICHAELIS FRIDERICI LEDERER de jure stapulæ, Vite-
bergæ 1667. 4.

JOANNIS WILHELMI ENGELBRECHT dissertatio de jure
stapulæ, Helmstadii 1711. 4. Conf. II. VII. 15. II. XI.
8. II. IV. II. 8.

Nota.

Alius est GEORGII ENGELBRECHT, itidem Professor Helmstadi-
ensis, de quo vid. II. IX. 7, alias adhuc ARNOLDUS CHRISTOPHO-
RVS ENGELBRECHT, qui de Conventibus Circularibus Im-
perii scriptis, Helmstadii 1696. 4. Conf. IV. II. 7.

§. 3.

De Com- De BELLI COMMERCIIIS differuit JOANNES VOLCK-
merciis MARUS BECHMANNUS, Jenæ 1687. 4. Addantur
bellicis. ANDREAS WESTPHAL de Commerciis pacatorum ad bel-
III. IV. 3. ligerantes, Gryphiswaldiæ 1715. 4.

JOANNES JOACHIMUS ZENTGRAVIUS de jure commer-
ciorum tertii ad belligerantes.

§. 4.

De Pactis Ad PACTA PRINCIPUM & liberarum Gentium, eorumque
